6.c.p̊.S3 doleat ō pctis.⁊ ꝙ tm̄ diſtulit
cōfeſſionē ⁊ ſufficit.Lon.' hoſti. ⁊ tho.
A .De h° lati⁹ s̄.§.3°. i additōe. B

¶ Utrū ſacerdos prochial' dēat credet
ſubdito dicēti ſe ɔfeſſū alteri ut ſic ei
det euchariſtiā. R° ſm Tho. i q̊dā q̊li
bet.Jn foꝛo iudiciali cr dit hoi ō ſe ⁊
ñ ꝓ ſe.Jn foꝛo aūt pniali credit hoi ꝓ
ſe ⁊ ō ſe.Si g° ſit ipedimentū euchari
ſtie tle qō ad foꝝ iudiciale ptinet . pu
ta excōicatō ñ tenet ſacerdos credē ſb
dito quē excōicatū nouit niſi ei ō abſo
lutōe cōſtet.Si aūt ſit ipedimētū qō
ad foꝛū pnie ptineat.ſ.pctm̄.tenet cre
dē ⁊ iuſte agit ſi euchariſtiā denegat
Lō.pe.⁊ hoſti. A .Glo ꝟo Ray. ut p3 i
ſū.cō.li° 3°. ti.34.q.48.dic ꝙ non tenet
ei credē etiā ꝙ ɔfeſſus ſit ſupioꝛi ⁊ ab
ſolut⁹ niſi cōſtiterit ei de h° p lr̄as ſu
pioꝛis uel alio mō legitimo.Et ſubdit
auctoꝛ ſūme.S3 h̄ ne ōria ſint p̄miſſiſ
itelligas ō pctis manifeſtis .uel quan
do ſuū ſubditū ꝓbabilit h3 ſuſpectu3
nā de occult] nihil pōt ſcire ſacerdos :
niſi p ipm.Satis ur' poſſe dici ꝙ nō te
neat ei credē etiā de occult].Licet eni
pctā occulta ſint ſolū foꝛi penitētialis
tm̄ nō cōfiteri ptinet ad foꝝ iudiciale.
cū nō cōfitēs debeat ab eccl'ia arceri ⁊
eccl'iaſtica p̄uari ſepultura.ex̄ de pe.⁊
re.c.oīs.Poſſet tñ credē fidedigne ⁊ ti
moꝛate pſōe qa ꝟiſil'r h⁹mōi pſona ñ
mētiret.ar.xi.q 3.q oipotētem. B

¶ Utꝝ frib⁹ p̄dicatoꝛib⁹ ⁊ mioꝛibus
liceat cōfeſſiones audire. R° olim lice
bat eis ex p̄uilegiis ⁊ ſpāliter ex cōſti
tutione Bñdicti.xi.q̄ incipit.Jnter cū
ctas.q̄ hodie oīa uacāt .l3 ad h° ꝙ poſ
ſint audire o3 ꝙ mgr uel ꝓuicial' p̄di
catoꝛū ul' eoꝛū uicarii ⁊ gnālis ul' ꝓui
ciales miſtri uel cuſtodes mioꝝ.p̊ qdē
accedāt ad pñtia oꝛdinarioꝝ p ſe ul' p
alios frēſ ⁊ petāt ut frēſ q electi fuerit
i eoꝛū ciuitatib⁹ ⁊ diocesib⁹ cōfeſſiōes
audire ualeāt ⁊ pnias iponere et peni
tentes abſoluē.Poſt hoc dicti p̄lati oꝛ
dinū eligant pſonas idoneas ⁊ pꝛeſen
tēt ul' pñtari faciāt dictis p̄latis eccl'ia
rū ut de ipoꝛū lnia ⁊ gr̄a poſſint audit
tñ pñtati nō ꝓpter h° poterūt audire
i alio epatu. A .Jntellige niſi pſonaſ
dioceſis ubi fuerit cōſtituti. q2 cu3 ſit
uolūtarie iuriſdictōis pōt ubiq3 exerce
ri.ut.s̄.§.2. B .Et debēt ipi electi i nu
mero eē ꝓut uniuerſitas cleri ul' ppl'i
exigit.Et ſi p̄lati lniam cōceſſerit tūc
p̄dicte pſone officiū dictū exeq̄nt.S3
ſi dicti p̄lati eccl'iarū quēq3 de pñtatiſ
nō admiſerit loco ei⁹ ponat alter . Si
ꝟo abſolute dare lniam recuſauerint
ɔceditur eiſ licētia auctōitate ap̄l'ica. tñ
i hoc ñ hñt pluſ q3 ſacerdotes prochia
les. A .ſ.hēant de iure cōi.ut ī textu .ī
alſ'ato. B .niſi eccl'iarū p̄lati ampli⁹
dare uellēt ſibi.h̄ ī cle.de ſepul.duduz.
A .in.§.ſtatuim⁹.Et itelligit de dioce
ſibus i qb⁹ ſūt loca fratꝝ.uel ō ꝓpiqs
qñ ibi nō ſūt loca.Uñ in dcō.§.dr̄.Sta
tuim⁹ auctoꝛitate ap̄l'ica.ut i ſingul' ci
uitatib⁹ ⁊ diocesib⁹ i qb⁹ loca fratru3
ipoꝛū ɔſiſtere dignoſcūt.⁊ i ciuitatib⁹
⁊ diocesib⁹ locis ipis uicinis i qb⁹ loca
h⁹mōi nō habēt.mgr' p̄oꝛeſ ⁊c.Silr'ter
etiā ut ibi p3 ꝙ frēs p̄dicti non pñt de
putari ad audiendum cōfeſſiones per

ꝓuintias s; ꝑ dictas tm̄ dioceses. Itē
ibi dr̄ ꝙ ista pn̄tatio dꝫ fieri ꝑlatis lo
corū. ⁊ ꝺm guil. ⁊ i directoria li° p̄. ti. 15.
§. 16 Hic noīe ꝑlatoꝝ dēmus itellig̃
ep̄os ⁊ eoꝝ loca tenētes de iure ul' cō
suetudine. sicut sūt illi q de iure ul' ꝺ ꝯ
suetudine sede uacāte eccl'ias regūt. ⁊
stricte accipit nomē ꝑlati. ⁊ sic ex̄ ꝺ of
fi. ordi. si ep̄s. ⁊ de tēpo. or. cū nullus. li°
6°. Large accipit. ex̄ de offi. or. cū ab ec
clesiarū. Sed qd si ꝑlati ꝑma oblatōe
facta rn̄deant ꝓuicialib' ꝑorib' ul' mi
nistris seu missis ab eis nō eligat; ne
ꝙ pn̄tetis aliq̊s nobis: q² nō admitte
m' eos: nūqd poterūt electi ꝑ eos sīn̄
aliq̄ alia pn̄tatiōe auctoritate pape ꝯ
fessiōes audire? R° i directoria eo. ti. §
72°. dr̄ ꝙ sic. qa i his q̄ certa sūt nō est
loc' ꝯiectur; .ar. i cle. ꝙuis. de appl'. nec
refert an p' uel posteri' h° ꝯneget. B

Sed nūqd ep̄s sine ꝑdicta solēnita
te pōt dictos religiosos ad ꝯfessiones
acceptare? R° certe pōt ꝯmittēdo eis
iurisditionē suā. ut s̄. §. 4°. A. Idē i di
rectoria eo. ti. §. 73°. B. Immo ēt hn̄t
ex ꝑuilegio Clemēt; q̄rti ꝙ si ꝑlati h°
ꝯcedāt cōcessio ip̄a durat etiā p' mor
tē ꝑlatoꝝ donec eccl'iis ꝓuisū fuerit ꝺ
pastore.

Cui debēt cōfiteri curiales? R° ꝺm
Hosti. papa pōt sibi eligē quēcūꝫ uult
Cardinalis absens cā legatōis eodem
mō pōt sibi eligē. ar. ex̄ ꝺ pe. ne ꝓ dila
tōe. Si āt ē i curia ꝯfiteri dꝫ pape l' pe
nitētiario. Est tn̄ tuti' ꝙ a papa lniaꝫ
hēat. A. ut sibi eligē possit ꝯfessorem
cū tal' pape s'bsit imediate. Et h° dico
except; ep̄is q oēs i h° st̄ ꝑuilegiati. d
c. ne ꝓ dilatōe. ⁊ i sū. cō. li° 3° ti. 34. q. 57
B. Capellani ꝟo ⁊ ceti curiales q sūt
de familia pape ꝯfiteāt pniario ⁊ non
alii. Si sūt cū cardinalib' possunt de
lnia dn̄i sui q curā eoꝝ hꝫ ꝺ ꝯsuetudi
ne curie ēt alii ꝯfiteri. ar. 6. q. 3. placuit
⁊ ex̄ de pe. oīs. A. Idē in dcā. q. 57. ubi
ēt imediate subiūgit. Sꝫ ⁊ pniario pa
pe pn̄t oēs sine aliq̄ lnia cōfiteri. B

Cui debēt cōfiteri ꝑlati. R° ꝺꝫ Ho
sti. Patriarche: archiep̄i: ep̄i: oēs etiā
inferiores ꝑlati exēpti pn̄t sibi elige
ꝯfessorē ꝓuidū. ex̄ ꝺ pe. ne ꝓ dilatōne
A. Etiā si isti ꝑlati uenerit siue sint in
curia romana lꝫ qdā ꝯtrariū dixerint
ꝺm Hosti. ut i sū. cō. dcā. q. 57. Et ut hr̄
eo. tit. q. 61. Ray. ur̄ h° limita redicens.
Pōt ep̄s ⁊ exēptus eligē sibi ꝯfessorē
Hoc aūt intelligo nisi sit excōicatus
maiori excōicatōe. ar. ex̄ de cle. ex. mi.
c. si celebrat. Sꝫ glo. ei' exponēs dic̄. s.
ille q eligit i ꝯfessorē. q² tūc n̄ possꝫ eū
absoluē sic ligat'. Si. n. eēt ligat' mio
ri excōicatōe tm̄ posset eū absoluē. ar.
dci. c. si celebrat. Itē ꝺm glo. Ray. et in
dcā. q. 57. si aliq̄ eccl'ia exēpta ē n̄ ꝓpt
h° singuli de collegio pn̄t sibi eligē cō
fessores ex q̊ hn̄t abbatē ul' ꝑorē uel ꝺ
canū cui subsūt. sed h' mōi abbati uel
priori uel decano ꝯfiteri debēt. ul' alii
de mādato ei'. Si aūt h' mōi decanus
uel ꝑpositus de ꝯsuetudine nō hꝫ curā
aiaꝝ illaruꝫ. nec ordinari' nec ip̄a uni
uersitas: nec alius nisi solus papa. nec
tūc singuli possent sibi eligē ꝯfessoreꝫ
qa illud. c. ne ꝓ dilatōe nō loqr̄ nisi de
ꝑlatis tm̄. un̄ in h° casu recurrendum
est ad papā qui ꝓuideat talibus ꝺ cō
fessore. B. Sꝫ tn̄ sic electus non habꝫ
potestatem absoluendi ab excōicatio
ne maiori uel a casibus grauioribus
lꝫ qdā ꝯtrū dixerit. ar. ex̄ de pe. si ep̄us
li° 6°. A. Ibi dr̄ ꝙ ꝯfessor elect' ex licē
tia ꝓprii ep̄i nō pōt absoluē a casib'
ep̄o sp̄alit reseruatis. Iō nō ꝓbat illō
ad qō allegat. sꝫ ꝙ cōfessor electus a
ꝑdictis de licētia pape nō possit se itro
mittere de reseruatis pape. de aliis āt
sic. sicut ⁊ sentit Hosti. dicēs ꝙ ubi ex
empt' eligit hꝫ ptātē electus pniariū
pape. Si ꝟo ali' eligat hꝫ ptātē iudic;
illi' cui subest is qui eligit. ut tn̄ sp pu
blica ⁊ ḡuia excipias. ut i sū. cō. dicta. q
61. Pro istis public; ⁊ ḡuib' intelligo
casus ep̄ales. ꝑ dcm̄. c. si ep̄s. Item ut
pꝫ in eadē. q. 61. glo. Ray. dic̄ ꝙ benefi
cia ꝑncipū late intꝑretanda sunt. ff. ꝺ
ꝯsti. ꝑn. l. fi. Pōt dici ꝙ illud. c. ne pro

dilatione nō loqͬ tm̄ ꝺ absolutōe ma
ioris excōicatōis dū tn̄ absolutōnē hꝰ
mōi sibi n̄ reſuauerit papa. ł nisi sn̄ia
lata sit ab hoie. q̄a tūc ab ip̄o excōica
tore peteda ē absolutio. Et cū hᵒ uř cō
cordare sat̄ dictū ·Hosti. sup̄ positum
ut ⁊ ibi s̄bdit. B. Alii iferiores p̄lati
nō pn̄t eligē sibi nisi de lnia pape ł ep̄i
uel ꝓprii sacerdotꝭ. un̄ ⁊ abbas ⁊ qcū
q̄ p̄latus nō ep̄us. nec exēptus ꝯfiteri
dꝫ ep̄o: monachi abbati. uel s̄ꝫ regule
statuta possunt etiā confiteri ep̄o si ei
subsūt. Decanus: p̄posituꝰ: thesaurariꝰ
⁊ q̄libet canonicꝰ ⁊ sacerdotes ꝓchi
ales. ⁊ familia ep̄i ꝯfiteri debēt ep̄o uł
alteri de eius lnia. A Idē i sū. cō. libᵒ
3ᵒ ti. 34. q. 57. ubi dř etiā de ꝓchiali
q̄ ꝯfiteri dꝫ ep̄o uel alii cui forte subē.
Itē de familia ep̄i nihil ibi dř s̄ꝫ in. q.
60. dř s̄m ·Hosti. q̄ familia ep̄i uel ar
chiep̄i si sit de aliena diocesi. idē ꝺ illa
uř qꝺ de familia alteriꝰ p̄ncipis laici
Si ꝯo sit i diocesi ꝓpria tūc ei confite
ri dꝫ uel cui ip̄e mādauērit. s̄ꝫ ēt pōt ꝑ
p̄o sacerdoti de cꝰ ꝓchia ē ꝯfitēi. B
Cui debēt ꝯfiteri reges ⁊ alii seclares
dn̄i: Rᵒ s̄m ·Host. Si rex hꝫ domiciliū
p̄ncipale i aliq̄ ciuitate: illi ep̄o ꝯfitēi
dꝫ uel sacerdoti nisi sup̄ hoc hr̄et p̄ui
legiū. Idē dicēdū ē ꝺ duce: marchiōe
⁊ oibus hn̄tibꝰ latas iurisditōes in di
uersis ep̄atibꝰ. Sꝫ si hn̄t domicilia in
diuersis locis: ⁊ nō apparet qꝺ sit p̄nci
palius pn̄t ꝯfiteri ei in cuius ꝓchia
morāť. uel qꝺ tutiꝰ ē de licētia ep̄i eli
gant sibi ꝯfessorē. aut si loca sūt i diꝯ
sis ep̄atibꝰ de lnia utriusq̄ ep̄i. A. ut
pꝫ in sū. con. eo. ti. q. 57. ·Hosti: aliter ui
detur loqui dicēs sic. Imperator ⁊ im
peratrix de antiquissima cōsuetudine
ꝯfitēť capellanis suis q̄ hn̄t curā aiaꝝ
de cōsuetudine nō reprobata ꝑ papaꝫ
ar. ex̄ de fo. cōpe. cū cōtingat. ·Papa tn̄
si uellet talē posset cōsuetudinē repro
bare. Tutior ē uia q̄ tales ꝓ se ⁊ fami
lia sua ipetrēt lniaꝫ ꝯfessorē eligēdi ni
si alio p̄uilegio sint muniti. ·Rex si hꝫ
domiciliū ꝓpriū ⁊ p̄ncipale i aliq̄ ciui
tate: illi ep̄o cōfiteri dꝫ. nisi forte secus
obtineat de cōsuetudine āt iq̄ q̄ alicui
ecclie hᵒ p̄uilegiū daret. uel nisi super
hᵒ hēret aliqꝺ p̄uilegiū sp̄ale. Et qꝺ di
ctū ē de rege idē intelligendū ē ⁊ de oi
bus hn̄tibus latas iurisditōes ⁊ i diꝯ
sis ep̄atibus siue sit dux siue marchio
siue comes. ·Idē dico ꝺ ꝓcere siue ba
rone si tātus ē q̄ sub se hēat ciuitateꝫ
uel ciuitates. Si tm̄ castra hēat confi
teri debet illi sacerdoti ifra cuius ꝓ
chiā ꝓp̄ū ⁊ p̄ncipale domiciliū hꝫ. uł
de ip̄iꝰ lnia alii. ex̄. eo. ois. Si tn̄ baro
habeat domiciliū i diꝯsis castris. nec
apparet qꝺ sit p̄ncipaliꝰ s̄m ·Hosti. ⁊ i
sū. cō. eo. ti. q. 58. uř q̄ possit ꝯfiteri cui
libet q̄diu ifra ꝓchiā suā moratur.
uel qꝺ tutiꝰ ē ꝺ lnia sui ep̄i eligat sibi
unū cōfessorē. q̄ si castra ⁊ domicilia
sint i dr̄sis ep̄atibꝰ ab utroq̄ ep̄o lnia
ipetreť. uel a metropolitano. Sꝫ si sūt
i diuersis ꝓuītiis recurrať ad p̄mateꝫ
uel ad papā. h̄ ibi. Videť tn̄ q̄ lnia pri
matis siue archiep̄i nō sufficiat cū nō
hēat hāc iurisditiouem erga subditos
suffraganeoꝝ. nisi dū uisitat ꝓuinciā
ex̄ de cēsibꝰ. c. ꝑpetuo. liᵒ 6ᵒ. licet dēat
scire q̄s sit cōfessor ep̄i. ⁊ ēt ip̄m possit
cōpellē ut sibi cōfiteať si suspectū ha
beat cōfessorē. q̄a ab ip̄o de aia eius rō
exigeť. ut ex̄ de of. or. pastoralis. ⁊ c. ir
refragabili. s̄m ·Hosti. ⁊ i sū. con. eo. ti.
q. 64. Distigue tn̄ inter crimina publi
ca ⁊ occulta. ut idem hosti. dicit sup̄. c.
ne ꝑ dilatione. h̄ ibi. ·Hec distictio uř
obtinere ad processum iudicialem in
quo agitur de manifestis tm̄. non quo
ad pniālē i q̄ p̄ncipaliter agiť ꝺ occul
tis. ut in. c. fi. ex̄ de simonia. B
Quid ꝺ his q̄ ꝑ p̄te anni manent in
una ꝓchia ⁊ ꝑ p̄te āni manēt i alia.
·Rᵒ s̄m hosti. Si se trāsferūt aio rema
nēdi: fiūt ꝓchiani illiꝰ. Si aūt nō in
tendūt relinq̄re domiciliū ātiquū: de
bēt antiq̄ presbytero antiq̄ domicilii
ꝯfiteri. Et idē dicēdū ē de familiaribꝰ
q̄ cū eis morāť. A. Idē i sū. cō. libᵒ 3ᵒ
ti. 34. q. 59. Et hec uideť itelligenda qn̄

apparet q̄ꝺ ꝺomiciliū ſit ꝑncipali⁹.alꝭ
idē foret ħ ꝺicēꝺū q̄ꝺ ꝓxime ꝺictū eſt
ꝺe baronib⁹ ꝓpter eanꝺē rōnē. uel ni
ſi ꝑ ānū moraretˀ in aliq̄ ꝑrochia.Tūc
enī oīo efficiūtˀ ꝺe foro illi⁹ ꝑrochie lꝫ
nō intēꝺerēt trāſferre ꝑmū ꝺomiciliū
ut ſ̄.§.4.° ꝟ.6.° in aꝺꝺitione. B

Nulla ↄſuetuꝺie pōt itroꝺuci ꝙ ali
qs ꝑeter ſui ſuꝑioris lniaꝫ ſibi poſſit
eligē cōfeſſorē q eū poſſit ſoluē uꝉ liga
re ex̄ ꝺe pe.ſi eṗs li.6.°

Nūqꝺ eṗs pōt eligē ꝺiuerſos ↄfeſſo
res ⁊ ſepius uariare: ℞° ſm hoſti.Nō
cōſulo ꝙ hoc faciat q̄ꝺiu pōt hr̄e copi
ā illi⁹ quē eligit.Si tn̄ habeat ꝺiuſos
ↄfeſſores qb⁹ uelit oīa pctā itegre cōfi
teri cōmēꝺanꝺus ē.Sec⁹ ſi in frauꝺeꝫ
h° facēt. A .Hoc.n.eēt ꝺeteſtanꝺū.ut
i ſū.con.eo.ti.q.62.ubi iꝺem ponitˀ.Ubi
ēt ꝺr̄ ſm euꝺē ꝙ pōt alii in ſubſiꝺium
cōfiteri.ut tn̄ ſi mortale ſit ↄfiteatˀ illi
quē eligit q̄cito illi⁹ copiā hēbit.Se
cus aūt ē ꝺe uenialib⁹. B .Et no.ꝙ eo
iṗo ꝙ eṗs cōfitetˀ alicui uiꝺetˀ ipſū eli
gere.quia plus ē factis ⁊ intētōe mēt
eligē q̄ ꝟbis.ar.ff.ꝺe legib⁹.ꝺe qb⁹.ex̄
ꝺe ma.⁊ obe.legebatˀ.15.q.6.c.ꝑ̊.aꝺ finē
A .Iꝺē in ſū.cō.eo.ti.q.63. B

Quiꝺ ꝺe ↄfeſſione facta ſacerꝺoti q
nō ꝺ̄ iure tenet bn̄ficiū: ℞° ſm Hoſt.
Cū talis ſacerꝺos nec ſoluē nec ligare
poſſit ꝺcipiūtˀ aīe.ex̄ ꝺ̄ ꝑrochiiſ null⁹.
Et lꝫ aīe habeāt iuſtā cām ignorantie.
tn̄ ac ſi amiſſe eēnt regretˀ ſanguis ea
rū ab his qui eas ꝑꝺere uoluerūt.In.
aꝺꝺit ꝙ ſi qs ignorās a tali pniaꝫ acci
pit ⁊ poſtea ſciat.ꝺꝫ ire aꝺ ſacerꝺoteꝫ
uerū ⁊ ei cōfiteri ⁊ ab eo abſolui.ex̄ ꝺe
pe.oīs.i ꝑncipio.⁊ ex̄ ꝺe ṗſby.nō bap.
uenies.Iꝺē ſ̄ bn̄ficiū 3.° §.fi. A .Ibi ꝺ̄
h° lati⁹ ꝺictū ē i aꝺꝺitiōe.Et q̄ꝺ ꝺcīn̄ ē
ponit Inno.i.c.ꝺuꝺum.2°.ex̄ ꝺe elec.et
poſtea ſubꝺit.Uel pōt ꝺici ꝙ iſte irru
ſus uere abſoluit q̄ꝺiu toleratˀ a ſupe
riore.8.q.4.nōne.Glo.ꝟo i ꝺcō.c.ſentit
ꝙ talis ſacerꝺos nō poſſit abſoluē uel
ligare lꝫ excuſentˀ aīe iuſta ignorantia
⁊ h⁹ uꝛ̄ ueri⁹.ut tactū ē i.§.fi.ꝑallegato
Et forte etiā talis ſacerꝺos tenetˀ ꝺefe
ctū ſuū manifeſtare aꝺ ſatiſfactōneꝫ
aīab⁹ cept ut accipiāt uerā abſolutōꝫ
⁊ ut r̄ꝺꝺat ius alienū q̄ꝺ male uſurpa
uit.ꝑ q̊ facit q̄ꝺ ꝺictū ē ſ̄ abſolutio ꝑ̊.
§.12.niſi immineret ꝑiculū.qa tūc forte
non teneretˀ reuelare ſeꝺ alꝭ ꝓut poſſꝫ
ſatiſfacē.ex̄ ꝺe pe.⁊ re.officii.Et eaꝺeꝫ
rōne iꝺeꝫ uꝛ̄ in oībus ſine auctoritate
abſoluētibus ꝺ̄ facto lꝫ nō affuerit tm̄
pctm̄:⁊ qn̄ꝙ nullū cū nō ſcietˀ hoc ege
rint:tn̄ tenētˀ notificare nō uere abſo
luto q̄citius comoꝺe poterūt.ut i cle.
cupiētes.circa ꝑncipiū.ꝺe penis.et i ꝺi
cto.§.12.° B .De caſib⁹ cōfeſſionū qui
ꝑtinent aꝺ eṗm habes.ī.ↄfeſſor ꝑ̊.§.ꝑ̊.

Confeſſionis celatio. Utrum
ſacerꝺos in omni caſu tenea
tur celare confeſſionem.℞° ſm Tho.
⁊ pe.in 4.° ꝺiſ.21.Sic.Nā in ſacramēt
illuꝺ quoꝺ geritur exteriuſ ē ſignū ei⁹
quoꝺ geritur iterius.unꝺe ſicut ꝺeus
pctm̄ tegit iterius ſic ↄfeſſor ꝺebet te
gere exterius.Et iō tāq̄ uiolator ſacr̄i
peccat qui reuelat.Per celationē etiā
hoīes mag aꝺ cōfeſſionē attrahūtur
⁊ ſimplici⁹ ↄfitentˀ.Un̄ etiā ſi aliq̄ꝺ ꝑi
culū futurū immīet:⁊ hoc ſcietˀ ſolum
ꝑ cōfeſſionē:ut ꝺe hētico qui corrūpe
ret fiꝺē.uꝉ ꝺe mr̄imonio illicito q̄ꝺ ali
qui uelit facē.uel aliq̄ magno ꝺāno tē
porali nō ꝓpter hoc reuelare ꝺꝫ:ſꝫ po
ti⁹ eos qui ↄfitētˀ monē ut obuiēt ⁊ ꝺe
ſiſtāt.⁊ ṗlato ꝺicē ꝙ uigilet ſuꝑ gregē
⁊ h⁹mōi ſine ulla reuelatiōe.ꝺe pe.ꝺiſ.
6.ſacerꝺos.⁊ ex̄ ꝺe pe.oīs. A .Iꝺeꝫ in
ſum.con.li° 3.ti.34.q.91.Et hec intelli
genꝺa ſūt qn̄ qs confiteretˀ uere.Sec⁹
ſi ficte ut oꝑetˀ malū aliq̄ꝺ.uel ut a cō
feſſore ipetret auxiliū uꝉ ↄſiliū ſuꝑ a'i
q̊ pctō.Hoc.n.nō pōt ꝺici fore auꝺitū
i cōfeſſione cū hoc nō ſit ↄfeſſio ſꝫ ↄfeſ
ſionis ꝺeſtructio.Iō nō uꝛ̄ ꝙ ſacerꝺos
obligetˀ ſecretū tenē.ut ⁊ Ray.ſētit in
ti.ꝺe pe.⁊ re.§.pone ꝙ aliqs.⁊ ei⁹ glo.
eo.titu.§.ꝺe pena ſacerꝺotis.ſuꝑ ꝟbo

pctm̄. Inno. etiā in dcō. c. ois. ait ꝙ si cō
fitēs dicat se ab aliq̊ pctō abstinē non
posse ⁊ dolet. ꝙ ⁊ hoc ꝑtinet ad sigillū
ↄfessiōis ⁊ n̄ debet aliq̄tenus reuelari
ex̄ eo. ꝙ quidā. subiūgēs. Illos aūt nō
credimus ut mīstro cōfiteri q nō ut pe
niteāt sȝ ut cōsiliū uel auxiliū ab aliq̊
accipiāt dicūt sibi pctm̄ suū. licȝ dicāt
h° dico tibi i cōfessione uel i pnia. cum
nō sit uex̄ ꝙ dicāt i pnia uł dei mīstro
cū aie cōsiliū nō reqrāt. Et tales bn̄ sē
cogēdi sup ꝓmissis ferr̄ testimōiū. B

¶ Que sit pena reuelātꝫ ↄfessionē: R°
de iure antiq̊ debet deponi. ⁊ oib⁹ die
bus uite sue ignominos⁹ ꝑegrinari. de
pe. dis. 6. sacerdos. Sȝ ꝯm decr. ex̄ ō pe.
ois. debet deponi. ⁊ ad agendā ꝑpetuā
pniam i artū monasteriū detrudi. A
Glo. in dcō. c. ois. dicit. Hodie hec ipōi
tur quasi inuat ꝙ pena. c. sacerdos. sit
sublata. Sȝ ut pȝ in sū. con. eo. tit. q. 99.
Hosti. sup eo. c. ois. dicit. Intelligas pe
nitētiā Gregorii. s. ꝑegrinationē q̄ꝫ diu
ē i pnia tꝑali, puta usq̄ꝫ ad septēniū uł
decēniū uel plus uel min⁹ ꝯm ꝙ ē pēi
tētia limitata. 30. q. 1. si qs sacerdos. q̊
elapso ē in monasterio detrudēd⁹. ut
ibi ꝑpetuaȝ agat pniam. ut dr̄ in. c. ois
Et sic unū ius supplet̄ ꝑ aliud. Itē dic̄
host. ibidē ꝙ hāc penā ordinariā pati
etur sac̄dos si cōuincit̄ i iudicio. Si āt
sacerdos neget ꝓditionē nec ille ꝓba
re pōt. nec sacerdos ēt ꝓbar̄ pōt ꝙ ali
unde ꝑuenerit ad ip̄m. nec cōuicē pos
sit ip̄m ꝓrochianū de crimie: tūc arbi
trarie puniet̄. 7. q. 2. si tn̄. ⁊. c. placuit. ui
det̄ intelligē hosti. de crimie ō q̊ sacer
dos accusauit uł ifamauit ꝓrochianū
Un̄ ⁊ subiūgit. Caueat g° sibi sacerdos
ne ꝓrochiano uł alteri detrahat. sicut
nec uult ꝙ sibi ab alt̄o detrahat̄. 6. q. 1.
deteriores. ⁊. c. sequenti. B

¶ Quid si iudex instat uel inquirat an
aliqd sciat ō hoc ꝑ ↄfessionē siue alio
mō: R° ꝯm guil. Si sac̄dos nō pōt alio
mō iniquū iudicē declinare. rn̄dere pos
set nihil ide scio. q2 subintelligit̄ ut hō
uel nihil scio ꝑ cōfessionē: qa subitelli
git̄ nihil scio. s. tibi reuelandū. sicut dr̄
Mar. 13. De die autē illo ⁊ hora nemo
scit: neq̄ꝫ angeli in celo: neq̄ꝫ filius. Et
subitelligit̄ ꝙ filius nihil scit. s. reuelā
dū nob̄. A. Idē i sū. con. eo. titu. q. 92.
Et ut pȝ eo. ti. q. 91. Tho. ⁊ pe. dicūt ꝙ si
etiā ꝑlatus ꝑcipiat alicui dicē crimen
alicuius qō solū scit ꝑ confessionē: nō
tenet̄ ei obedire. nec excōicatō i euȝ ꝓ
pter h° lata teneret. nec i testē adduc
tus tenet̄ aliqd dicē. de hoc ⁊ pōt iurar̄
ꝙ nihil deꝫ hoc sciat. qa nō scit ut hō sȝ
ut deus. Con. his hosti. Et i dcā. q. 92. dr̄.
Credo ꝙ huiusmodi questio quando
s. exꝑsse q̄reret̄ de scia ꝑ cōfessionē cō
dēnanda eēt: ⁊ q̄rens tāq̄ꝫ tyrānus ad
idolatriā peccatum mortale iducens
obiurgādus. ⁊ ei esset in facie resisten
dum. B

¶ Utrū liceat sacerdoti reuelare pctm̄
qō aliter ꝑter cōfessionē scit. R° ꝯm
Tho. ⁊ pe. i 4.° dis. 21. Si alio mō scit: re
uelare pōt. sȝ nō dȝ dicē ꝙ audiuit i cō
fessione. ⁊ nihilomin⁹ ꝓpter scandalū
debet abstinē q̄ꝫtū pōt. ⁊ de h° nō loq̄t̄
nisi nccitas imineat. A. Idē i sū. con.
eo. t. q. 93. B

¶ Quid si abbas scit ꝑ cōfessionē pec
catū alicui⁹ ꝑoris sibi subditi. c⁹ pcti
ꝑoratus occasio ē: R° ꝯm Tho. dis. 21.
Dicēdū ꝙ absq̄ꝫ lesione cōscie pōt ꝑla
tus ipunitum relinquere pctm̄ qō scit
ut de⁹. nec ullū tenet̄ adhibē r̄mediū:
nisi eo mō q̊ ad ip̄m defert̄. Un̄ tn̄ i fo
ro pniali dȝ remediū adhibē monēdo
ip̄m ut resignet. uel pōt ex aliq̄ alia oc
casione absoluē ip̄m ita tn̄ ꝙ ois suspi
tō de cōfessione uitet̄. A. Idem i sum.
con. eo. t. q. 94. ubi ēt idem faciendum
i silibus dr̄. B

¶ Utrū sigillū cōfessiōis se extendit ad
alia que non sunt de confessione. Re
spondeo secundum Thom̄. ubi supra.
sigillum confessionis directe nō se ex
tendit nisi ad illa que cadunt sub sac̄
mentali confessione. sed idirecte etiaȝ

illud qđ nõ cadit sub sacrali ɔfessione ad sigillũ ɔfessiõis ptinet. sicut sunt il la p q̄ posset pctm̃ ɔ̄phēdi nihilomin⁹ etiā alia que interdũ in confessione di cũtur nõ ptinētia ad confessionē sum mo studio sũt celāda. tũ ppter scanda lũ. tũ ppter pnitatē que ex ɔsuetudi ne posset accidē. A .Idē in sũ. cõ. eo. ti. q. 95. B

¶ Quid cũ aliqs dicit alicui secretuз sub sigillo cõfessiõis; R° sm Tho. i 4° dis. 21. Hõ nõ de facili debet recipe ali quid h⁹ mõ. Si āt recipiat tenet ex p missione h⁹ mõ celare ac si i ɔfessione hret. Cõ. Hosti. A .Idē i sũ. cõ. eo. ti. q. 96. ubi dr̃ q p̄ mittēs sic tenet q̃uis sub sigillo cõfessionis non habeat. Et sic ex his pз q nõ obligat ex cõfessiõe sз solũ ex pmissiõe. z iõ cogēte nccita te bñ poterit rūelare. ut. i. §. 8. Sine ne cessitate aũt reuelās nõ icurrit penaз reuelātis cõfessionē cũ h° nõ habuerit i ɔfessione. Sed bñ posset peccar mor taliter rõne fracte fidei z mēdacii pni tiosi sm notata p Tho. scda scđe. q. uo arti. 4° B

¶ Utr̄ nõ sacerdotes q iterdũ sũt int̄ ptes ɔfitētis teneāt celare cõfessionē R⁹ sm Tho. ubi s. sic. q̃uis. n. pzopzie sigillũ cõfessionis nõ habeāt. tñ parti cipant in hoc casu aliqđ de actu sigilli cõfessionis. Con. Inno. z etiā Hosti. A Idē in sũ. cõ. eo. ti. q. 97. ubi etiaз addi tur sm Hosti. q si pctōzeз talis pdat lз nõ hēat locũ pena dci. c. omnis. quia nec sacerdos ē. tñ talis arbitrarie pũie tur. ex̄ de offi. dele. de causis in fi. Et iõ ē qñ ut sacerdos et laicus audiret con fessionē i necessitate qa tenet celare. si cut z sacerdos sm Inno. i dcõ. c. oīs. B

¶ Quid si aliqs i cõfessione reuelat sacerdoti debita credita uel deposita z postea fiat publica inqsitõ de pdict| R⁹ sm guil. q si quis hoc mõ reuelet sacerdoti id qđ habuit p furtũ. uel ali ter cuз pctõ sacerdos tenet celare. Si aũt absolute dixerit ea q̄ dз uel q̄ sibi debent etiā sub sigillo cõfessiõis ñ dз

recipe. q si recepit z fiat iqsitõ p epm ul' aliũ q hз sup h° ptātē: tenet uerita tē dicē. qa q sic recepit ɔ̄ hoc casu non cogitauit uel si cogitasset z pmisisset seu etiā iurasset nõ reuelare: illicitũ es set pmissũ ul' iuramētũ. nec obseruā dũ i pudiciũ iuris alieni. sec⁹ si iniuste z p tyrānidē iqrere. qz tunc subterfu gere dз tacēdo uel sophistice respõdē do. A .Con. his Tho. z Hosti. ut i sũ. con. li° 3° ti. 34. q. 98. B

¶ Utr̄ cõfessio possit reuelari de lnia cõfitētis. R° sm Tho. z pe. i 4° dist. 21 Dicē põt nihilomin⁹ scandalũ dз uita re: z insqtũ põt nõ uti tali lnia ubi scā dalũ timet. Ille qq cui sic reuelat de lnia confitentis tenet illud celare nisi forte pctōr uelit q ille absolute z libē sciat. s. hoc pctm̃ qđ dictũ ē. A .Idē in sũ. cõ. e. ti. q. 100. ubi etiā rõ assignatur qa cõfessio celari dз ppter duo. s. ppt sacrm. qa q̃si de eēntia sacri ē cõfessio nē celare z ppter scādalũ. pmũ tollit p lniam cõfitentis: sed secunduз nihi lominus manet. B

Confessor p̊ Quos et a quibus põt absoluere simplex sacer dos. z q sũt casus epales? R⁹ de h° fu erũt multe z uarie opiones diuersoꝝ doctorũ. A .que aliqten⁹ referũt in sũ. con. li° 3° ti. 34. q. 50. z et p Albricuз q etiā cõcordat cũ oib⁹ q̄ ponũt i hoc §. B .nec fuerũt determiate usq ad tēpora Bñdicti. xi. q ɔ̄clarauit q qua tuoz sũt casus epales de iure. p̊. s. pctm̃ clerici ppter qđ incurrisset irregulari tatē. A .Glo. Ray. i. §. item nunquid p rochialis. sup v̄bo ppt illā de pe. z re. z i sũ. cõ. dcā. q. 50. dic h° ē uerũ quo ad dispēsationē nõ q̄ ad absolutionē. Sз certe ista delaratio que forte fuit post illā glo. nõ uidet loqui de dispensatio ne sed de absolutione. Al' multi alii ca sus eēnt epales. ut dispēsatõ uotorũ z aliorũ multorũ. B .2° de icendiariis A .s. dolosis. z ɔ̄ mādātib⁹ hoc fiēi siue i h° dātib⁹ cõsiliũ uel auxiliũ. nā etiaз

debēt excōicari nec absolui nisi p̄ʾ dā
no cui itulerit resarcito ƀm facultates
suas. ⁊ iurēt se ulteriʾ ignē n̄ apposítu
ros ⁊ debēt hierosolymis aut in hispa
nia p̲ annū itegꝛ̄ i dei seruitō p̲manē
Si qs aūt archieps̄ uel eps̄ hoc r̄laxa
uerit dānū restituat ⁊ p̲ annū ab offi
cio ep̄ali abstineat. 23. q. 8. pessimā. B
3.º ubi eēt indicēda solennis pnia. de q̄
dr̄ i pnia 3.º A Jsta pnia idicenda ē ꝓ
aliq̄ delicto q̄ui qd̄ totā cōmouit ciui
tatē siue locū. 26. q. 6. c. fi. Et iō iste cāus
ē ep̄alis qa dari oȝ pniam solēnē ⁊ pu
blicam ad satisfaciendū scandalo ꝓx
imi dcō. c. fi. Jdeo simplex sacerdns ēt
si ei ab ep̄o cōmittēt: deberet quātuȝ
bono mō fieri posset uitare itromittē
se sup̲ hʾ. qa cōiter circa talia non pōt
simplex sacerdos nec iam ⁊ ꝯuenietēȝ
idicere pniam. Et int̄ alia pctā ꝓ qbʾ
idicenda ē pnia solennis ⁊ publica est
blasfemia dei ul̄ scōꝝ publice p̲petra
ta. ex̄ de male. c. statuimus. Ad cuius
itellectū dn̄s Anto. de bu. q̄ones aliq̄s
formās dic̄. An inferior ep̄o absoluat
a pctō isto. Dic ꝙ nō qꝛ ē de casibʾ ep̄o
reseruatꝭ. ut hic ibi p̲ ep̄m de qbus. i.
de pe. ⁊ re. si eps̄ liº 6.º quod ē ueꝝ scōȝ
Hosti. de publico. ꝯ occulto ois p̄sbyt̄
absoluē pōt ƀm eū. Suʾ ꝟo eps̄ posset
ꝯmittē nō ep̄o. ut in dcō. c. si eps̄. Ad hº
26. q. 6. c. fi. 2º quero. Qn̄ qs dicatur pu
blice blasfemare: Dic qn̄ hº facit siue
in platea siue in camera multis audi
ētibʾ ⁊ ep̄o referētibʾ. Ad hº s̄. c. ꝓxio
⁊ de exces. p̄la. int̄ dilectos. ⁊. c. q̄ sit gra
ue. ⁊. ff. de ꝟbo. obli. palā. Dum tamen
id ꝯfiteat̄. uel si negauerit ꝯuincat̄ de
actu si cōstiterit. Secʾ ē si nō cōuincat̄
lȝ dixerit corā pluribʾ. puta qa illi sūt
tales q̄a qbʾ cōuinci nō pōt. puta furio
si uel pupilli ƀm Hosti. uel scōm eum
dr̄ publica qn̄ ē uulgatissimū ⁊ ex hoc
pctō multos scādalizat. 26. q. 6. c. fin. ut
qꝛ frequēter hoc ꝯmittit ul̄ qꝛ notori
um iurꝭ l̄ fci. de coha. cle. ⁊ mu. uestra.
Jtē 3.º Quid ꝯ clerico: Dic ꝙ nō hȝ lo
cū hec pena. qa nō dȝ publice penitere
sȝ al̄ ad arbitriū punit̄. ꝯ biga. c. p̄. et 3º
Jtē 4.º Quid si hº dixēit ex calore ira
cūdie uel ebrietate: Dic ꝙ nō hȝ locuȝ
hec pēa. p̲ ꝟbū p̄sūpserit i hº. c. positū
Licet. n. forte peccet nō in tātum. Jteȝ
5.º An si hic blasfemʾ uult penitē in ex
tremis det̄ ei eccl̄astica sepultura: Di
cit Uicētius. Si p̲ ep̄ȝ lata ē ꝯ eū snia
nō sepeliet̄. al̄ sic. Jtē 6.º Quis habebit
hāc pecuniariā penā. ꝯ q̄ in hº. c. statui
mus dr̄: Aliq dicūt ꝙ secularis iudex
a cl̄ico ⁊ laico p̲ id qd̄ seqtur inter alia
cōitatuȝ statuta ⁊c̄. Alii econtra ꝙ iu
dex eccl̄iasticʾ ab utroqȝ cū sit crimen
eccl̄iasticū. dicit Go ff. ꝙ iudex laicus
hēbit penā laici ⁊ eccl̄iasticus penā cl̄i
ci. Et ad hº de heretꝭ. excōicamʾ. ⁊ ꝯ iu
deis. ita q̊rūdā. Jtē 7.º An indistincte
repellat̄ ois dispēsatio i his penis: Di
cit Hosti. ꝙ sic nisi ex mag̃ cā dispēsa
ret̄. ut si sit honorabilis p̲sona quā nō
decȝ publice penitē ⁊ uult illā redimē
magnis elemosynis. Ad hº de sen. exc.
mulieres. Et subdit. Jtē oppono ꝙ im
ponat̄ alia pena. i auten. ut nō luxuriē
tur ꝯ nām. coll̄. 6. Solutio punit̄ pena
illa ⁊ ista qa punit̄ illo supplicio. ⁊ ƀm
canones excōicat̄. ⁊ cl̄icus deponit̄. 22.
q. 1. si qs p̲ capillū. h̄ ille. B. 4.º ꝯ excōi
catis. de qbʾ etiā aliq p̲tinent ad papā
ut. i. dispēsatio. §. 6.º ⁊ s̄. absolutio p̄. §. 3.
A. Hoc ē regulare. Quādoqȝ aūt ab
soluūt a maiori excōicatione etiā infe
riores ep̄o. ut s̄ absolutio 2.º per totuȝ
⁊ s̄ absolutio p̄. i p̊ncipio. in additione
B. Jtē declarauit ꝙ qnqȝ sūt casus
de ꝯsuetudine approbati. Primʾ. s. ho
micidii uolūtarii. A. Jdē ur̄ i muti
latōe mēbrorū. nā ꝓ hº pctō ur̄ ab illo
pnia dāda q eandē debeat icendiario
dare ⁊ ꝙ nec mutilās nec mutilationē
fieri mādans nec cōsentiēs debeat ab
solui nisi satisfactione p̄missa. 23. q. 8. si
qs mēbrorū. B. 2ʾ falsarii. 3ʾ uiolato
ris eccl̄iastice libtatis. A. s. q iniuste
personas uel res eccl̄iasticas q̄uat ut si
quis secl̄aris iurisditionē eccl̄asticaȝ
ipedirꝫ. l̄ si usurparꝫ sibi iurisditōnem

sup personas uł res eccłiasticas quod
ius ꝓhibet.ex̄ de fo.cōpe.si diligēti. B
4ᵘˢ uiolatoris eccłiastice imunitatis.
A .Hoc ē q in eccłia seu i loco sacro uł
i spacio ꝑuilegiato i circuitu eccłie ꝓ
ximū i ꝑsona seu i rebᵘˢ offēdit.17.q.4.
si qs iuentus.uel aliť eiᵘˢ imunitatē le
dit.⁊ ita oē sacrilegiū uř casus ep̄alis
B 5ᵘˢ sortilegi.i.diuinatoris.ut.26.q.6.c.
p̊.hec i q̈dā decre.que icipit.Inter cun
ctas.i qua decre.multa alia constituit
de religiosis circa p̄dicatōes ⁊ ↄfessio
nes ⁊ sepulturas. Post hec p̄dcā decř.
fuit reuocata ī Uieneñ.ↄcilio ⁊ multa
noua circa ħ statuta sūt.ut i cle.dudū.
ꝺ sepul.De p̄dictis .xᵒ. casibᵘˢ nihil in
nouatū ē.nā in p̄dcā decre.Bn̄dicti.xi
de his casibᵘˢ non fuit facta constitutō
Sed ut dicit ibi ē solum declaratō.uñ
dicēdū uř ꝙ illi idē casus sunt hodie.
nisi diceret ꝙ ipse falsum declarauit.
qꝺ non eēt bñ dictū.aut noua cōstitu
tio seu consuetudo fieret. Possūt tñ ni
hilominᵘˢ ep̄i i suis ep̄atibᵘˢ casus ꝓut
eis magis expedire uidebiť reseruare
sicut ⁊ pñt cōstitutōnes facē et multo
magꝭ hᵒ posset cōciliū synodale ł ꝓui
ciale a cuius sententiis religiosi ñ pñt
absoluē ut ꝭ absolutio p̊.§.3ᵒ. circa fin.
A .De hᵒ i directoria libᵒ p̊.ti.15.§.76ᵒ.
sic dř. Nūqd ep̄i poterūt de die i diem
nouos casus ꝑ cōstitutōes suas resua
re. Rᵒ ñ uř.q₂ possēt totaliť fructū grē
scē fribᵘˢ p̄dicatoribᵘˢ ⁊ miōribᵘˢ absor
bē ⁊ ipoꝝ ꝑuilegiū detrūcare. qꝺ ñ lꝫ
21.dis.iferior.ex̄ ꝺ priui.dilecti.⁊.c.q̄to
guil.dič ꝙ sic.dū tñ ñ appareat ꝙ ma
litiose hoc faciant.Tu distinguas.aut
ep̄i faciūt statuta synodalia in quibᵘˢ
sibi seruāt absolutionē.⁊ i hᵒ cāu cura
ti absoluē non pñt.Sed p̄dicti fratres
bñ absoluūt qa statuta ↄcessioni ↄ̄ria
reuocātur.ex̄ de sepul.dudū.§.ulti.liᵒ
6ᵒ. Aut faciūt statuta excōicatiōe lata
⁊ tūc frēs nō pñt absoluē. ex̄ de priui.
religiosi.i p̄n.liᵒ 6ᵒ. ⁊ sic logť guil. hec
ibi.Qꝺ ħ diciť de excōicatōe.idē etiaꝫ
intelligiť de aliis sentētiis statutoruꝫ

synodaliū ⁊ ꝓuincialiū.ut in dcā Cle.
religiosi.Itē qꝺ dř ꝺ curatꝭ idē ꝑ eādē
rōnē intelligiť ⁊ de aliis nō ꝑuilegiatꝭ
Itē in.§.p̄cedenti uidelꝫ.75ᵒ. i directo
ria dř ꝙ nec cōsuetudo que ep̄is aliq̊s
casus reseruat dcis fribᵘˢ p̄iudicat cū
cōsuetudines eoꝝ cōcessiōibᵘˢ ↄtrarie
penitus reuocēť.dcā cle.dudū.§.nos ⁊
eni. B .Et no.ꝙ hic ñ fit mētio de cō
mutatione uotoꝝ aut dispēsatōne in
certoꝝ.qa ħ nō sūt de cōfessione ł ab
solutione.Sed dicemᵘˢ.ī. uotū 5ᵒ. ⁊.ī.re
stitutio 6ᵒ. A .Ex p̄dictis patere pōt
ꝙ nō pñt oēs casus ep̄ales bñ ꝑticula
riter sciri.uñ bonū uř ꝙ accipiētes ab
ep̄is auctoritatē audiēdi cōfessiones
faciant sibi ab eis declarari q̊s casus
sibi reseruāt.⁊ ꝙ i aliis gnālē auctori
tatē ↄcedāt absoluēdi. ⁊ qa differt ab
solutio a dispensatione si uolūt sup a
liq̊ uoto uł aliis posse dispēsare de his
faciāt fieri spālē mētionē uł ꝙ autori
tate ep̄i pñt dispēsare sup oibuſ ad fo
rū pnie pertinentibus. B
¶ Quid gᵒ agendū cū qs hꝫ aliq̄ pctā
a qbᵘˢ ille cui cōfiteť nō pōt absoluere.
Rᵒ ꝭm Tho.i q̊dā q̊libet.Sacerdos ñ
absoluit aliquē nisi q diuinitus credi
tur absolutᵘˢ. A .uel etiā de q̊ dubitať
Nec dubitationis facile pōt hři certi
tudo si pniam petat.de pe.dis.7.si qs.
positus. B .Sꝫ postq̄ꝫ a deo ē absolu
tus teneť adhuc eccłie ↄfiteri. ⁊ q₂ dis
pēsatō absolutōis ñ ē tota ↄmissa mio
ri tēť totū cōfiteri ei ⁊ ipe dꝫ absolueť
ab his a qbᵘˢ pōt.Deide teneť remittē
eū ad supiorē de residuo absoluendū
ar.33.q.2.latorē. ⁊ ex̄ de pe.significauit
A .Idē in sū.cō.eo.ti.q.73. B .Cete
rū si iferior de facto eū absoluit ponit
idē Tho.ꝙ nō credit eū absolutū. Tñ
accusať ꝑ ignorātiā iuris.nō aūt sacer
dos cui hoc ius ignorare non licet. A
Idē in sū.con.eo.ti.q.74.Sꝫ certe pos
set eē ꝙ qñqꝫ minus excusareť cōfitēs
q̄ꝫ cōfessor cū cōfessor nō teneať scire
oēs casus imo i cōi.nec multū subtilia
ut notať i sū.cō.libᵒ 3ᵒ. ti.5.q.2. et unus

gſq̄ꝫ magꝭ obligeť ꝓ̄pe ſaluti q̄ꝫ aliene
de pe. diſ. 3. q uult. B
¶ Quid ſi cõfitẽs ſit excõicatus ꝛ nõ
poſſit abſolui a ſuo cõfeſſore nũq̄d ab
ſoluet eũ ab aliis pctis. R° ſm Tho. i
4.° diſ. 18. Sacerdos nullũ excõicatum
abſoluẽ põt a culpa niſi abſolutus ſit
prius ab excõicatione. quia excõicat⁹
nõ ẽ ꝑticeps ſacroꝝ eccľie. A. Sꝫ cer
te h° itelligẽdũ uř qñ cõfitẽs nõ foret
ꝑatus ſollicite ꝛ debite petẽ abſolutõ
nẽ ab excõicatõe uľ aliť nõ bene diſpo
ſit⁹. Alʼs etiã excõicatuſ bene diſpoſit⁹
põt abſolui a pctis. nã capax ẽ ſacramẽ
ti pnie. qꝺ nulli negať etiã excõicato ꝛ
hẽtico. ex̃ de heretꝭ. ſuꝑ eo. li° 6.° Eſt ẽt
capax abſolutionis ꝓpter qꝺ põt ab
ſolui ab una excõicatione ꝛ remanere
in alia. ex̃ de ſen. exc. cũ pro cã. ꝛ notat
glo. in. c. officii. eo. ti. ubi dicit ꝙ excõi
catus a pluribus poterit ab unoq̊que
ſingillatim abſolui. ꝛ ultia abſolutio
cõfirmat oẽs. Dic tñ ꝙ un⁹ nõ dꝫ abſol
uẽ niſi abſoluẽdus caueat ꝙ ſe faciet
abſolui ab aliis. Et nõ dꝫ denũci ari ab
ſolut⁹ añq̄ꝫ ſit ab oibus abſolut⁹. Et i
dcõ. c. cũ ꝓ cauſa dicit ꝙ excõicat⁹ ex
pluribus cãis põt abſolui ab una ꝛ re
manet ligatus ꝓ alia. Idẽ ẽt no. Ray.
li° 3.° ſue ſũme i tractatu de excõicatõ
ne. §. ſꝫ nũq̄d. ubi ẽt ſentit ꝙ ſi ẽt excõi
catus nõ exꝑ̄mat oẽs cãs excõicatiõis
tñ tenꝫ abſolutõ ꝓ exꝑ̄ſſis. Et idẽ ſẽtit
glo. i. c. ex ꝑte. ex̃ de of. or. Sed in dcõ. c.
cũ ꝓ cã. dicit ꝙ ſi abſoluẽti nõ exꝑ̄mã
tur oẽs cãe nõ ualet abſolutõ tãq̄ꝫ ſur
reptitia. Põt dici ꝙ ſi cãe taceanť ma
litioſe: nõ ualet abſolutõ. Secus ſi bo
na fide. ſicut ꝛ i cõfeſſiõe pctõꝝ pꝫ ſuꝑ
ꝯfeſſio p̊. §. 4.° Eſt g° excõicatus capax
pnie ꝛ abſolutõnis. ꝛ iõ ſi ẽ bñ diſpoſi
tus põt a pctõ abſolui. Uñ ꝛ i gl. Ray.
i. d. §. ſꝫ nũq̄d. ſuꝑ ꝟbo. ad illã. formãs
hãc qõnẽ rñdet. Dicunt quidam ꝙ nõ
ꝗa manenti in excõicatione nõ ſunt i
pẽdẽda ſacr̃a eccľie. Ueri⁹ credo ꝙ ſi ñ
ſtetit ꝑ eũ qn abſoluať neq̄ꝫ ẽ in mora
petende abſolutiõis neq̄ꝫ timeť ꝙ ne
gligẽtior fiat ad petẽdã abſolutionẽꝫ
ſuꝑ h⁹mõi excõicatõe ꝓpter abſoluti
onẽ ĩpetratã ſuꝑ aliis pctis poterit eũ
cõfeſſor ſuus abſoluẽ ꝺ aliis peccatis
ſicut qñ ep̃s retinet ſibi abſolutionẽꝫ
de aliq̄bus criminibus ſacerdos ꝓ̄chi
alis põt cõfitẽtẽ abſoluẽ de aliis ꝛ po
ſtea ep̃us abſoluat de illo qꝺ ſibi reti
nuit. ꝛ due ꝑticulares faciũt unam ite
grã ꝛ una ẽ ꝓ̄patoria ad řliquã. ꝛ iõ in
h° cãu põt cõicaŕ ꝯfeſſor tľr excõicato
ſiĉ cõicaŕ i řceptõne iuramẽti añ abſo
lutõnẽ. Regulari⁹ tñ fieret ſi abſoluẽť
ab hui⁹mõi excõicatõe: ꝛ poſtea de ce
teris pctis. cũ excõicatio ſit forti⁹ uin
culũ. Et h° ſeruant q̄dã cõfeſſores. Sꝫ
benignior ẽ p̊us dicta ſnĩa. ſecunda tñ
tenẽda ẽ ſi timeať ꝙ ꝓpť h⁹mõi abſo
lutionẽ fierꝫ negligẽtior ad petẽdum
abſolutionẽ excõicationis. Credo etiã
ꝙ cõfeſſor nõ teneať abſoluere de pec
catꝭ añ abſolutionẽ excõicatõis. H ille
Hoc ultimum puto ueꝝ niſi excõicati
notabiliť intereẽt ip̃m abſolui a pctis
añ abſolutionẽ excõicatõis. nã cũ poſ
ſit abſolui ut p̃oſtenſũ ẽ. nõ debꝫ ꝯfeſ
ſor ip̃m notabiliť dãnificare cũ ab ei⁹
dãno poſſit legitĩe abſtinẽ. nã Math.
7.° dicitur. Oia q̃cũq̄ꝫ uultꝭ ut faciant
uob̃ hoies ꝛ uos facite ilľ. B. Sꝫ quõ
abſoluẽ poſſit ſi nõ põt recurrẽ ad euꝫ
a quo fuerit abſoluendus. uide ſ̃ abſo
lutio 4.° §. p̊.
¶ Nũq̄d unus ſacerdos poſſit audire
ꝛ alius abſoluẽ: R° ſm guil. nõ. ꝗa ſa
cramẽtũ pnie diuidi non põt. ſicut nec
alia ſacr̃a eccľie. 23. diſ. q̊rũdã. A. Idẽ
in ſũ. con. libro 3.° ti. 34. q. 78. B
¶ Utrũ ſacerdos poſſit abſoluẽ illaꝫ
cũ q̄ peccauit. R° ſm guil. nõ dꝫ qr tol
liť erubeſcẽtia q̄ ẽ maxia ꝑs ſatiſfacti
onis. uñ dꝫ eã remittẽ ad aliũ ſacerdo
tẽ. Sic notauit Hugo 30. q. 1. ſuꝑ. c. ois.
A. ſ. circa p̃ſbyteꝝ grecũ ꝛ uxorẽ ꝓ̄pã
ꝛ hř i glo. dci. c. ois. ꝛ i ſũ. con. eo. ti. q. 66.
B. Et idem de oi pctõ in q̄ ſacerdos
fuit conſentiens uel cooꝑator. Si tñ i
his caſib⁹ abſoluat: ualebit abſolutõ

Con.Tho.i 4.° dis.19. A .Jdē in dcā.q
66.ubi etiā addit̃ ƀꝫ eūdē guil. Nec est
ꝯtra ꝙ ep̄s nō pōt dispēsare i simonia
cū eo cōmissa: qꝛ dispēsatō ē dignitat̄
absolutio nccitatis. Et iō nō taꝫ facile
qs amittit ptātē absoluēdi sicut dispē
sandi. B .Archiep̄s qn̄ uisitat pōt au
dire cōfessiones subditoꝝ suffragane
oꝝ ⁊ absoluē ⁊ pnias iponere.ex̄ ō cē
si.perpetuo li° 6.°

¶ Si ep̄s ꝯmittit alicui uices suas cir
ca ꝯfessiōes audiēdas.nūqd talis pōt
circa casus maiores ⁊ ep̄ales? R° non
pōt nisi exp̄sse ei ꝯmittat.ex̄ de re.iur̄
i gnāli.⁊ de pe.si ep̄s li° 6.° Js q̄cꝫ cui ꝯ
missū ē n̄ pōt cōmittē alteri .ex̄ ō offi.
dele .qm̄ ap̄lica.i fi. A .Jdē in sū.con.
eo.ti.q.51. B .Et itelligas ꝙ nō pōt ō
iure cōi. Sec⁹ qn̄ exp̄mit̄ ꝙ possit. ar.
ex̄ de offi.dele.is cui.li° 6.° ⁊ ꝑ ea q̄ no.
ibi Jo.an. A .Sꝫ qd si dicat ep̄s.ꝯmit
to uob̄ auctoritatē meā in foro pniali
ut possitis absoluē i oib⁹ casib⁹ i qbus
possumus? R° ƀm glo. Ray.⁊ i sū .con.
eo.ti.q.52. Licet q oia dicit nihil excipi
at.19.dis.si romanoꝝ.nō tn̄ est tutum
ꝓpter h⁹mōi ꝯmissionē gnālem usur
pare ea q̄ a iure ep̄o sūt reseruata spe
cialit̄ nisi certū sit ꝙ h⁹mōi ep̄s ꝑ h⁹
mōi ꝟba gnālia itēderit ꝯmittē spālia
Et tn̄ q̄ in synodo sua ep̄s reseruare ꝯ
sueuit satis credo ꝙ ꝑ h⁹mōi gnālia ꝟ
ba cōmissa eē debeāt itelligi. Absolu
tiōes tn̄ excōicationū q̄ fiūt a sacerdo
tib⁹ ꝓ furtis ⁊ dānis q̄rum ignorant̄
actores cū nō solū ꝑtineāt ad foꝝ pnia
le.sꝫ q̄ ad qd spectēt ad foꝝ ꝯtentiosū
nō sūt itelligēde delegari ꝑ h⁹mōi ge
neralia ꝟba.⁊ multo forti⁹ nec absolu
tiones eoꝝ q in forma iudicii excōica
ti sūt ꝓ cōtumacia aut ꝓ re iudicata
aut ꝓ offensa ꝯtūcūqꝫ etiā gnālit̄ ep̄s
ꝯmittat uices suas q̄ ad foꝝ pniale ali
cui nō ꝓpt̄ h° ille sine spāli mandato
dꝫ mutare uota aut relaxare iuramn̄ta
ō qb⁹ certū ē ꝙ possint. uel ō qb⁹ est
dubiū an possint licite obseruari lꝫ de
trāsgressione uoti iā facta. ⁊ de piurio

possint pniam iniūgē. B glo. Et subdit̄ i
dcā.q.52. Jn h⁹mōi g° cōfessoꝛ i dubio
nō ꝓcedat sꝫ a suo ep̄o certificet i spe
ciali i qb⁹ casib⁹ vl̄t sibi ꝯmittē suam
auctoritatē ⁊ i qb⁹ nō. Satis ur̄ posse
dici ꝙ cōfessio sic gnālit̄ accipiēda sit
sicut sonat.nā uerba gnālia gnālit̄ sūt
accipiēda.1.q.1.sūt nōnulli.⁊ ex̄ ō deci.
ad audiētiā .ꝑsertim in fauorem salu
tis aiarū q̄ nihil ē fauorabili⁹.24.q.3.
si habes.⁊ ex̄ de pe.⁊ re.ne ꝓ dilatōne
nisi forte fuisset aliqd tale qd̄ n̄ fuisꝫ
delegās ꝟisimilr̄ i spē cōcessur⁹.ex̄ ō re.
iur̄.i generali li° 6.° Que aūt sint ista
cū sint idet̃miata sat̄ uident̄ relinqui
iudicio discreti iudicis ⁊ cōfessoris .ex̄
de offi.dele.de causis. Et ad hoc etiam
faciūt q̄ dcē sunt s̄ i p̄ncipio in ultima
additione.q̄ incipit. Ex p̄dictis. B

¶ Sꝫ utꝝ officialis ep̄i habeat aucto
ritatē i penitētus casuū ep̄aliū. R° ƀꝫ
Hosti. Nō hꝫ nisi exp̄sse pateat ꝙ h°
uoluerit ep̄s ⁊ si hꝫ ⁊ n̄ ē sacerdos dꝫ al
teri delegare.ex̄ ō procu.petitio. A
Jdē i sū con.eo.ti.q.55 .Et in.q.56 dicit̄.
ƀm Hosti.ꝙ cū ep̄s ad remotā regiōꝫ
se trāsfert ⁊ aliū ep̄m uicariū genera
lē relinqt talis uicari⁹ pōt oia sicut il
le q ip̄m instituit posset si pn̄s eēt. B

¶ Jn articulo mortis oib⁹ sacerdotib⁹
⁊ de oibus pctis ⁊ sentētiis ꝯcedit̄ ab
solutio. ar.de pe.dis.1.quē penitet.⁊ ex̄
de sen.excōi.non dubiū. A .Jntellige
nisi i executōe ordis fuerit ipediti . ut
s̄ cōfessio 3.° §.3.° ⁊ 4.° ad fi.in additōe
De articulo āt mort̄ ⁊ q̄lit̄ tūc sit agē
dū dictū ē s̄ absolutō p̄.ad fi.i additōe
B .Quis sit cōfessoꝛ curialiū uel pre
latoꝝ uel regū.unde s̄ cōfessio 3.° §.14.
qui incipit .Cui debent .⁊ in duobus.§
sequentibus.

Confessor 2.° scilꝫ qd debeat agere? Quid agendum cōfes
sori si credat ꝙ cōfessus nō faciat pēi
tētiā aut aliud qd̄ ꝓmittit? R.° scd̄m
guil. Nō debet ꝓpt̄ hoc exigē ꝓmissi
onē siue uotū uel iuramētū sꝫ sufficit

si dicat se hr̄e ꝓpositū faciēdi. ⁊ sic dꝫ
absoluē simpl'r ⁊ sine ꝯditōe. facta tn̄
ꝓtestatōe si suspectꝰ hētur. ꝙ si nō re
stituet qđ abstulit. aut nō faciat id qđ
iiūgit̄ fructu cōfessionis carebit. A.
Idē in sum. cō. libꝰ 3º. ti. 34. q. 136. B
Excipiūt̄ excōicati q iurāt ut ē absolu
tio 5º. §. 2º A. Et nō solū iurant sꝫ eti
am anq̄ꝫ absoluāt̄ ṗus satisfacē debēt
qn̄ sūt excōicati ꝑ notoria seu manife
sta offensa. ut i. c. solet. de sen. exc. libꝰ
6º. ⁊ ē singularit̄ expssū i multꝭ excōi
cationū casibꝰ sicut illos discutiēti po
test patē. Silr̄ etiā i aliis casibꝰ a iure
expssis. ut dr̄ i dcā. q. 136. lꝫ ibi spālit̄ nō
ponāt̄. unū 2ꝰ post ṗdictū ē i icendiario
q iiuste ꝓximū dānificauit icendēdo
seu icendi faciēdo uel hᵒ faciētibꝰ con
siliū seu auxiliū i his dādo. Nam et hi
nō uidēt̄ debē absolui nisi ṗus satisfe
cerit. 23. q. 8. pessimā. ibi. Nec absoluat̄
nisi prius dāno cui intulerit ꝫm facul
tatē suā resarcito ⁊ iuret se ulteriꝰ ig
nē nō appositurū ⁊c. 3ꝰ ur̄ ꝯ mutillātē
ꝓximū seu mutilari faciētē seu i hᵒ ꝯ
sentiētē. nā ⁊ tales eq̄pant̄ ṗdictꝭ icen
diariis. Et ita uidet̄ ꝙ absolui nō ꝺbe
ant nisi ṗus satisfecerit. 23. q. 8. si quis
mēbrorū. 4ꝰ ē ꝯ manifestos raptores
⁊ eccl'ie uiolatores qui nec absolui de
bēt nec ēt ad pniam recipi ī uita uel i
morte nisi ṗus iuxta eorū facultatem
satisfecerit uel de satisfaciēda idoneā
cautionē dederit. ex̄ ꝺ rap. sup eo. ubi
dr̄. Statuimꝰ ut qcūq̄ꝫ ex his q uiolen
ter surrexerit i rapinā seu eccl'iaꝝ uio
lationē manifeste fuerit deprehensus
nisi ṗus ablata restituat si poterit uel
emēdandi plenā ⁊ firmam securitatē
fecerit pnie bn̄ficiū ei penitꝰ deneget̄
Et. i. Qui aūt i sanitate obstinata mē
te nō penituerit uel emēdauerit et in
morte securitatē ṗstare nequerit solē
nitas pnie paꝝ ꝓdesse uidet̄ sicut cre
dimus. Sꝫ de pctō cōtrito uiaticu ꝫ nō
neget̄ ita tn̄ ut nullꝰ cl'icorū sepulture
illius intersit nec eiꝰ el'yaꝫ ṗsumat ac
cipe. ꝙ si q cl'icoꝝ uel ṗsbyteroꝝ cōtra

hᵒ i uita ul' i morte penitētias dat̄ aut
sepulture īteresse uel eorū el'yas acci
pe attēptauerit seu hꝰmōi rapie ptici
pes iuēti fuerint: ordis sui dānū irrcu
pabilit̄ patiant̄ ⁊ eccl'iastico bn̄ficio
careāt. hec ille. Est āt aduertēdū scđm
Hosti. i sū. cō. libº ṗ. ti. 16. q. 6. ꝙ ṗdicta
itelligūt̄ qn̄ raptor seu uiolator eccl'ie
fuit monitꝰ de restituēdo: ⁊ pꝰ admōi
tionē diu i cōtumacia pseuerauēit. alr
dcā pena nō obtinet. ut i. c. fi. ꝺ sepult.
⁊ de rap. c. i lr̄is. 5ꝰ ē ꝯ manifestos usu
rarios q nec absolui nec ad cōfessionē
admitti debēt nisi ṗus satisfecerit ul'
de satisfaciēdo idoneā cautionē ṗstite
rint. ex̄ de usuris. c. q̄ꝫq̄ꝫ. liº 6º. ubi inter
alia dr̄. Nullus manifestoꝝ usurarioꝝ
testamētis itersit. aut eos ad ꝯfessiōm
admittat. seu ipos absoluat nisi ꝺ usu
ris satisfecerit ul' de satisfaciēdo ꝓ su
arū uiribꝰ facultatū ṗstiterit ut pmit
tit̄ idoneā cautionē. Testamēta q̄que
māifestoꝝ usurarioꝝ alit̄ fcā n̄ ualēt sꝫ
sūt irrita ipo iure. 6ꝰ ur̄ ꝯ sacrilegum
s. qui aliqd abstulit de loco sacro seu q
iiuriatus ē psonis ecclesiasticꝭ. q nō ur̄
absoluēdus si admonitꝰ ṗus non satis
fecerit. 17. q. 4. si qs iuētus. ubi dicit̄.
Si qs domū dei uiolauerit ⁊ aliq̄ sine
lnia illius cui ꝯmissa eē dignoscit̄ ide
abstulerit uel ecclesiasticꝭ personis in
iuriā fecerit donec i cōuentu admoni
tus legitie satisfaciat: sciat se cōione
esse ṗuatū. Si xͦo post secūdā ⁊ tertiā
ꝯuentionē corā epō satisfacē detracta
uerit sacrilegii piculo ab oibus obno
xius teneat̄ ita ut ꝫm apl'm nemini fi
delium misceatur. B

¶ An confessor teneat̄ ad memoriaꝫ
reducē cōfitēti pctā q̄ audiuit l' scimit
eū cōmisisse. Rᵒ ꝫm guil. Si scit ul' hꝫ
ꝓbabilē opionē dꝫ ei ad memoriā re
ducē q̄a timere pōt ne cōfitēs sup hac
crassam habeat ignorātiā ul' ꝙ nō ad
hibeat debitā diligētiā. A. s. ad reco
lenda sua pctā. ut i sū. cō. liº. 3º. titu. 34.
q. 85. ubi hec notant̄. B. qđ n̄ excusat
¶ Si sacerdos hēat aliq̄s prochianos

surdos.cecos.mutos.uel furiosos.ul' de
moniacos.ꝛ siles.q̄s scit eē in peccato
mortali qd faciet? R̃ᶜ ẜm Ray.Debet
facē posse suū ut inducat eos ad pniaꝫ
scōm ꝙ ē possibile.ꝙ si nō pōt ꝓficer
oret ꝛ faciet orari ut deus illustret cor
da eorum de ꝯse.dis.4.solet queri. A
Jdeꝫ in sū.cō.eo.ti.q.88.ubi etiaꝫ dicit
ꝙ lꝫ sacerdos faciat tūc posse suū.tñ ē
casus i q̄ nō excusatur uidelicꝫ si ex ne
gligētia sua ꝓcessit hꝰmōi casus. hec
ibi. Est ēt sciēdū ꝙ furiosis seu 'amēti
bꝰ i mortali exñtibus nulluꝫ pōt dari
mediū nisi reuertant ad mētē. qa ipi
ꝛ dormiētes eqꝑant.ꝛ intelligunt ꝑse
uerare i eadē uolūtate ꝛ statu q̊ erāt i
mediate añ dormitōnē ul' amētiā q̊us
ꝗꝫ dormiētes existūt seu amentes eẍ
de bap.c.maiores.ad fi.iō nō restat ꝓ
eis nisi oratio. B

Tria ẜm Al.debēt eē i cōfessiōe .s.sci
entia discernēdi int pctm̄.iqsitio d eis
cauta.ꝛ discreta pnie seu satisfactōis
iniūctio. A .Jdē i sū.cō.li.3º ti.5º q.2.
ubi etiā dicit ẜm eūdē Al.ꝙ sacerdos
nō tenet scire discernē nisi in cōi.s.que
sint capitalia ꝛ q̄ mortalia cōia ꝛ que
uenialia ex genere.Et sciēs hec suffici
ens reputat ꝓ tēporis hꝰ necessitate
ad cōfessiones audiēdas. Sꝫ bñ puto
ꝙ hec nesciēs peccat mortalit audien
do ꝛ eū istituēs peccat ad hec plꝰ q̄ꝫ ip
se. ꝛ ꝑmittēs istitutū mīstrare morta
lit peccat si sua 'intest tales ꝓhibere.
Pōt addi ꝙ ꝑiculosū ē ēt audire ꝯfes
siones nō hñti ꝯpetētē noticiā casuuꝫ
pape ꝛ epoꝝ.ut i cle.religiosi .de ꝑuile
giis.Et iō sup his 'ignorātia ꝯfessoris
regularit dr iexcusabil'ut s̄,ꝯfessio p̊.§
p̊.ad fi.Silr ꝛ nesciēti cōpetent oppor
tuna cuilibet xp̄iano uidelꝫ articl'os fi
dei ꝛ sacr̄a eccl'ie precepta decalogi ꝛ
oꝑa caritatꝭ ꝛ modū debite ꝯfitēdi et
penitēdi.nā Math.15º dr.Si cecꝰ ceco
ducatū p̄ster ābo i foueā cadūt.Ad hº
etiā fortiꝰ obligat q'obtulit se officio.
talis.n.tenet de oī exacta diligētia. ar.
ff.d posit.l.i.§.sepe.ubi dr ꝙ q obtulit

se deposito tenet d leuissima culpa:lꝫ
alit nō teneret nisi d dolo ꝛ lata culpa
cū r̄cipiat ad utilitatē alteriꝰ tm̄. Qui
aūt nō ingerit se sꝫ reqsitꝰ exercet ex
caritate.satꝭ uidet ꝙ nō tenet.nisi iq̄ꝫ
tū scit ul' pōt cōmode scire qa ipossibi
liū nulla ē obligatō.ff.d re.iurꝭ.l.ipossi
biliū.Et qꝛ hoc agit ad merā utilitatē
alterius sicut ꝛ depositū.Et hº si ibi ñ
iuenit uita ꝛ scia idoneꝰ q uelit ꝛ pos
sit hº officiū exercē.Quo cāu ēt minꝰ
idoneꝰ ꝛ i p̄dcis ñ istructꝰ si fac ex ca
ritate. pōt se igerē.nā qd nō ē licituꝫ
nccitas licitū facit.eẍ de re.iurꝭ qd ñ ē
Uñ ꝛ i nccitate ēt laico pōt fieri cōfes
sio .de pe.dis.6.q uult.Et h ꝯfessor hoc
casu nō tenet nisi inq̄ꝫtū scit ꝛ pōt :uel
scire pōt.Paria.n.sūt scire ul' scire de
bere.ut i.c.fi.eẍ d iniuriis.Si aūt huꝰ
mōi ipitus etiā i casu nccitatis audiē
do deꝑhēdat peccantē q̄uibꝰ iuolutuꝫ
ꝓuide facit si ei cōsulit ꝙ d illis iterū
cōfiteat ꝑito.uel ab eo cōsiliū postulꝫ
cū eius copiā hr̄e poterit ne forte ipse
suꝑ his i aliq̊ errauēit. Jtē si magꝭ ꝑi
tꝰ reꝑit scia ꝛ cōscia ꝛ aliqs ꝓ cēto cog
noscat se ñ cōpetet ꝑitū nll'atenꝰ se in
tromitter dꝫ ēt reqsitꝰ.alr fac ꝯ dcām
scripturā.Si cecꝰ ceco ꝛc̄.Jtē ꝯ iui a d
pe.ꝛ re.oīs.ꝛ de pe.dis.6 .q uult. Si xo
dubitat de sua cōpetēti ꝑitia ꝑ sciam
seu exꝑientiā.uel ēt dubitat si alius ꝑi
tior reꝑiat q hº possit ꝛ uelit. excusat
obia p̄lati .23 .q.i.qd culpat.ut pōt cre
dere penitēti si dicat se nō posse habē
ꝑitiorē cū nō sit uerisil'e cū mēdaciis
ad pniaꝫ accedē.Jtē i cōfessore reqrit
cōscīa ml'to magꝭ q̄ꝫ scia.Uñ i dcō .c.q
uult.de pe.dist.6.dic Augꝰ. Sacerdos
itaq̄ꝫ cui oīs pctōr offert.añ quē statui
tur oīs lāguor i nullo eoꝝ sit iudicādꝰ
q̄ i alio iudicar ꝓmptꝰ ē ꝛc̄. Et iō exñs
i mortali audiēdo cōfessiones morta
lit peccat.Nam ẜm Tho.ꝛ Al. ꝛ in sū.
cō.li .3º ti. 22.q.25. exñs in peccato mor
tali q̄ñcūq̄ꝫ i aliq̊ actu exhibꝫ se ut mi
nistꝝ eccl'ie mortalit peccat.Et totiēs
mortalit q̊tiēs hꝰmōi actū facit. Et iō

etiā si nō possit hr̄i cōfessor scia ⁊ ɔscia
idone⁹ debem⁹ ꝑeligē ɔsciaȝ.qa meli
or ē isipiētia cū timore q̄ꝫ apparēs sa
piētia.Eccl.19.º Et qa q sibi nequaȝ est
cui alii bon⁹ erit.Eccl.14.º Jtē ipꝑfectū
scie supplere pōt ꝑfectio caritatl.ex̄ ō
renū.c nisi.§.ꝑ defectu.sicut pȝ in btō
Nicolao ⁊ aliis mult.Sed iperfectuȝ
inocētie n̄ supplet scia. Sȝ h° cāu q̄to
ē maior tāto ē ꝑiculosior.sicut ⁊ bon⁹
gladius i manu furiosi.ut pȝ i.demone
q sic nuncupatus ē a scia.Un̄.i.Cor.8.º
Scia iflat.caritas edificat.Sup q̄ glo.
mgr̄i sniaꝝ ɓm Aug.dicit.Addite scie
caritatē ⁊ utilis erit.Scia cū caritate
utilis ē.ꝑ se iflat i supbiā.ut demones
q greco noie a scia sic sūt noiati i qb⁹
scia ē sine caritate.Jtē qa ut proxime
patuit deficiēs scia pōt i casu nccitatl
sine pctō ɔfessiōes audire.Sed nō defi
ciēs ɔscia c⁹ pctō ur̄ ānecti q ei peccan
di occasionē p̄bet qn̄ pōt sibi alit̄ ꝓui
dere.Sed an possit fieri confessio exn̄
ti i mortali ur̄ ꝙ nō qa talis sacerdos
ut s̄ pȝ peccat ⁊ ei⁹ pctō ānectit̄ q ei in
actu pcti cōsentit.ad Ro.p̄.Jn ɔ̄riū fa
cit.qa nemo suū dȝ uitare p̄latū.lȝ pec
cator ē nisi p̄us ɔdēnatū.8.q.4.nonne
De h° sic dr̄ i sum.cō.lib° 3.º ti.22.q.24.
Tho.ait.Licȝ subditus teneat̄ recipe s̄
sacr̄a a mistro eccl̄ie etiā exn̄ti in mor
tali q̊usqꝫ ab eccl̄ia tolerat̄ qui adhuc
ei obligat̄.tn̄ excepto nccitatis cāu nō
foret tutū h⁹mōi iducē ad executōneȝ
alicui⁹ actus spectātis ad suū ordineȝ
durāte ɔscia ꝙ p̄dict⁹ mister sit i mor
tali quā ɔsciam pōt deponē qa i istāti
pōt ex dina gr̄a emēdari.hec ibi.Hec
qō pōt clari⁹ solui ꝑ id qō i sūl dic̄ tho.
scd̄a scd̄e.q.77.arti.4.º uidlȝ ꝙ nō lȝ i
ducē aliquē ad mutuādū sub usura.tn̄
occurrēte rōnabili nccitate lȝ recipere
sub usura a p̄ꝑato ad mutuādū.Jtaqꝫ
ex p̄dictis pōt colligi ꝙ dū qs cogit̄ a
suo p̄lato pōt ab eo recipe eccl̄iastica
sacr̄a lȝ sit i mortali si ab eccl̄ia tolēat̄
Si nō cogit̄ a p̄lato ⁊ aliū posset habē
sacerdotē:nō debet ei quē putat eē in

mortali cōfiteri uel ab eo aliqd̄ sacr̄m
recipe.nec ipm̄ inducē ad exequēdum
aliquē actū sui ordinis.Si ꝟo aliuȝ sa
cerdotē hr̄e nō possit.pōt urgēte rōna
bili cā cōfiteri sacerdoti ad h° ꝑato ēt
in mortali exn̄ti.⁊ ab eo alia recipe sa
cramēta sȝ nullatenus dȝ ipm̄ ad h° n̄
dispositū inducere. B

¶ An iterrogatōes sint faciēde i con
fessione? R° ɓm Ray.ꝙ sic dūmō dis
crete fiāt.de qbus habes plene de pe.
dis.5.c.p̄.⁊ dis.6.c.q uult.i p̄ncipio.et ul
tra mediū.ex̄ de pe.⁊ re.oīs.§.sacerdos
aūt.Et debēt eē iterrogatōes p̄ncipa
liter de septē uitiis capitālib⁹ que sūt
supbia.auaritia.gula.luxuria.inuidia
ira.⁊ accidia. A .Predcā pleni⁹ dicū
tur i sū.cō.li° 3.º ti.34.q.3.Et nō solū int̄
rogationes faciēde sūt de his uitiis sȝ
etiā de articul̄ fidei.⁊ de sacr̄is eccl̄ie.⁊
de p̄cept decalogi.⁊ de opib⁹ caritatl
⁊ de ꝑitia cōfitēdi.⁊ de multis aliis de
qb⁹ latius dixi in iterrogatorio. B .⁊
de circūstantiis eorū q̄ sūt.Quis.qd.
ubi.ꝑ q̊s.q̊tiēs.cur.quō.qn̄. A .De istis
circūstantiis clari⁹ dr̄ i p̄fata.q.83.Sȝ
⁊ latius dictū ē sup̄ cōfessio 2.º §.5.º in
additione. B

¶ Utrū liceat sacerdoti ingrē a ɔfitē
te specificationē ꝑsone cū q̄ peccauit.
R° ɓm Ray.sic̄ cōfitēs n̄ dȝ specifica
re nisi ut dr̄ s̄ ɔfessio p̄.§.4.º ita nec sa
cerdos dȝ interrogare nisi ut ibi dr̄.
A Jdē i sū.cō.eo.ti.q.87. B .Quō cō
fessor religiosus teneat̄ facē ɔfitenti
ɔsciam ō decis.hēr̄.i.decime p̄.§.8.º A
Sed quid si cōfessori occurrit aliqd ō
q̊ dubitat qd agē ōbeat? R° ꝙ hec du
bitatio aut ꝓcedit ex uarietate opio
nū doctoꝝ:aut ex sua iꝑitia.Jn p̊ casu
dicit glo.Ray.in ti.de matrimonio.§.
sȝ nūqd peccant uxores.sup ꝟbo absti
nēdū ꝙ h° cāu nō ē p̄cipitāda snia nec
denegāda absolutio sȝ uia tutior ē ɔsu
lēda ⁊ terror icutiēd⁹ ex ꝑiculo.Qō ur̄
uerū cū penitēs ex aliq̄ ꝓbabili rōne
adheret alic⁹ doctoris notabil̄ opioni
uolēs eā tenē.nam hoc casu ꝓpt̄ uari

ratē prudētiū doctoꝝ ꝯfessoꝛ cōsulen
do sibi uiā tutioꝛē. ꝛ qđ sibi uerius uꝛ
ſm deū si acqeſcē nolit illud sup̄ ꝯsciē
tiā suā relinq̄t. Qñ ꝟo aliqs nō habet
in se aliquā bonā rōnē q̄re magis dēat
opioni uni⁹ q̄ꝫ alteri⁹ adherē. cōueniē
ter remanet in dubio ꝓpꝛ qđ si dubiū
sit sup aliq̊ utrū sit pctm̄ uel nō oio ē
necciū ꝙ ab illo abstineat. ꝛ de illo de
bite peniteat eligēdo ꝑtē tutioꝛē ne a
liꝛ discrimi se disponat ut s̄ ꝯfessio p̊.
§.8°. Si ꝟo dubiū nō sit p̄ncipaliꝛ sup
pctō. ſꝫ utrū qs teneaꝛ ad aliqd faciēđ
uel dandū seu penā subeūdā dꝫ benig
nioꝛ snia eligi uidelꝫ ut ī h° dubio qs
ad nihil obligeꝛ. nā in dubio regulariꝛ
ꝓ reo dāda ē snia nisi in cā mrīmonii
dotis seu libtatis uel testamēti qñ ꝓ
istis data fuerit snia. ut in. c. fi. ex̄ đ re.
iur. ꝛ in. c. cū sit. ꝛ. c. odia. de rē. iu. libro
6°. ꝛ. ff. de legib⁹. l. benignius. nisi forte
esset aliqd faciēdū qđ posset faciliꝛ ex
pediri ut si dubitaꝛ utrū qs sit excōica
tus ꝛ possit cōmode facē se absolui ad
cautelā. tūc. n. ē ꝯsulendū ꝓ tutioꝛi ꝑ
te ꝙ h° faciat. ꝛ sic pōt intelligi qđ dic
glo. Ray. ꝛ poniꝛ in sū. cō. li° 3°. ti. 33. q.
64. uidelꝫ ꝙ si iudex eccłiastic⁹ dicat.
Scias te eē excōicatū uel h⁹mōi ꝟba
ꝙ si đ excōicatione ꝑ ꝟba talia agaꝛ
ī foro iudicii n̄ reputabiꝛ excōicat⁹ ni
si alias cōstiterit de intētōe excōicātis
tionis. Si hoc ipetrare nõ põt soluat ⁊
postea repetat. qꝛ lꝫ iurauerit soluẽ. nõ
tñ iurauit nõ repetẽ: ex̃ eo. debitoꝛes. ⁊
dcõ. c. ad audiẽtiam. Qꝺ̃ si ẽt iurauit ñ
repetere: tũc denũciet eccl̃ie s̃ꝫ foꝛmã
euãgelicã: vt eccl̃ia ↄpellat illum ad re
stitutõem. Si ṽo iurauit ꝙ nõ denun
ciaret tale iuramẽtũ est illicitũ: ⁊ ideo
nõ seruãdum: ex̃ eo. queãdmodũ. Con.
Tho. scꝺ̃a scꝺ̃e. q. 89. ⁊ Pe. ⁊ Inno. et
Ber. A. Idẽ in sum. cõ. eo. ti. q. 30. vbi.
etiã additur s̃m Hosti. ꝙ cum qs iura
uit non denũciare eccl̃ie tñ denũciare
põt: dũmodo hoc faciat p̃ncipal̃r inten
tione salutis frat̃ne. B. Sil̃em casuz
hẽs. i. vsura 6º §. 7º Quid si dñs facit fa
miliã suã iurare ꝙ reuelabũt ei si quẽ
sciunt vel audiunt subꝛipuisse de bõis
suis: vide s̃. familia. §. fi.
¶ Quid si quis audit aliquẽ iurare il
lud qꝺ̃ audiẽs scit falsum esse? R⁹ s̃m
Ray. Sufficit audienti ⁊ tenet̃ vt indi
cet illis q magis pñt ꝓficẽ q̃ʒ obesse ꝑ
iuro siue eũ coꝛꝛipiẽdo: siue ꝓ eo oꝛan
do. 22. q. 5. hoc videtur.
¶ Quid si clericus iurauit se seruatu
rum statuta in ecclesia sua edita: et
postea fit nouum statutum? Rñ° s̃m
Tho. scꝺ̃a scꝺ̃e. q. 98. Nõ tenetur ex iu
ramento seruare futura nisi intendẽit
se obligare ad omnia p̃terita ⁊ futu
ra. tenet̃ tamẽ ea seruare ex vi ipsoꝝ sta
tutoꝝ. Qꝺ̃ si talis cl̃ic⁹ ꝓmisit ꝑ p̃us p̃
stitum iuramẽtũ seruare illud statutũ
qꝺ̃ p⁹ea factũ ẽ iteꝝ nõ ẽ obligatus ex
iuramento: extra eo. clericus. Et idem

itelligẽdũ ẽ de eo q fit nou⁹ ciuis alic⁹
ciuitatꝭ. ⁊ iurat ſuare ſtatuta. Cõ. Ray.
¶ Quid ſi aliq dñi tꝑales vł clici: aut
ꝑlati iurãt ſeruare ſtatuta ⁊ cõſuetudi
nes alicui⁹ loci vel eccłie. ⁊ inł illa ſunt
aliq̃ illicita ĩpoſſibilia. vel libtati eccle
ſie obuiãtia? R°. Si iurantes hoc ſciũt
nõ debuerũt ſic gnãliter iurare: nec ſt
aliq̃ ten⁹ h⁹modi iuramẽta ſeruãda: ſꝫ
ſolũ alia. Siłr etiã ſi neſciũt: nõ ſũt ſer
uãda: quia nõ tenẽtur ad illa: ex̃ de iu
reiuř. ꝯtingit. li°. 6°.
¶ Utrꝫ ille cui iurãdo aliq̃d ꝑmittiř
poſſit relaxare iuramẽtũ? R° ſm Tho.
ſcđa ſcđe. q. 89. Hõ põt ꝑmittẽ aliq̃d
alteri ſub iuramẽto dupłr. Uno° q̃ſi ꝑ
tinẽs ad vtilitatẽ ip̃ius: puta ſi ſub iu
ramẽto ꝑmittat ſe ſeruituꝝ ei vł pecu
niã daturũ: ⁊ a tali ꝑmiſſiõe põt abſol
uẽ ille cui ꝑmiſſio facta ẽ. Intelligitur
.n. ei ſoluiſſe ꝑmiſſuꝫ qñ fecit de ea ſꝫ
ei⁹ volũtatem. Alio° ꝑmittit qs alteri
qđ pertinet ad honorẽ dei vł vtilitatẽ
alioꝝ: puta ſi aliqs cũ iuramẽto ꝑmit
tit alicui ſe ĩtratuꝝ religionẽ: vł aliqđ
opus pietatis facturũ: ⁊ tũc ille cui ꝑ
mittit nõ põt abſoluẽ ꝑmittẽtẽ: q꞉ ꝑ
miſſio nõ eſt facta ei ꝑ̃ncipałr ſꝫ deo: ni
ſi forte ſit intꝑoſita ꝯditio. ſ. ſi illi vide
biř cui ꝑmittit: vel aliquid aliud tale.
Con. Hoſti. ⁊ Ray. A. Idem in ſũ. cõ.
eo. ti. q. 35. B.
¶ Quid ſi vẽditor aliqs iurauit non
venire ꝯ venditõem: ⁊ nunc dicit ſe de
ceptũ vltra dimidiũ iuſti ꝑcii: nũquid
dꝫ audiri? R° ſm Ber. Si maior eſt: ñ
credo ꝙ audieř. Sec⁹ ſi minor. q꞉ ꝑ ta
le iuramẽtũ nõ excludiř niſi bñficium
etatis: nõ aũt ꝙ renunciet iuri cõi. vñ
põt agẽ ad ſupplemẽtũ ꝑcii: vel ad re
ſcindẽdã venditõeꝫ: ſꝫ illud ex̃ ꝯ emp.
⁊ ven. cũ cã. A. ⁊ ibi h° nõt glo. nõtur
etiã ⁊ in ſũ. con. eo. ti. q. 41. B. Quid ꝯ
puella que iurauit nõ hr̃e regreſſũ ad
bona ꝑrña: ſꝫ ꝙ eẽt dote ꝯtẽta hẽtur ꝯ
dos. §. 3°. Uel ſi vxor iurauit nõ ꝯuenire
alienatõi dotis ibidẽ. §. 4°. Multa circa
hanc mãm habẽtur hic ſtatim. c. iura

mentum ꝑ̊. ⁊ 2°. ⁊. ĩ. periurium.

IUramentum p°.
cõiter. Que cã inſtitutiõis iu
ramenti? R°. ſm Ray. Duplex ẽ cauſa
Una ꝑpter infirmitatẽ nõ credentiuꝫ:
vt puta cũ alicui ſuadetur aliqđ bonũ
⁊ non credit v̈bo ſimplici: introductuꝫ
ẽ ꝙ poſſum⁹ iurare. 22. q. 1. nõ eſt cõtra
⁊. c. ſi pctm̃. Alia cã fuit ꝑmiſſiua. ſ. ꝑpł
euitandã idolatriã ꝑpter quod ꝯceſſũ
fuit iudeis iurare ꝑ deũ: ne iurãdo per
creaturas in idolatriã inciderẽt. 22. q. 1.
ꝯſidera. Eſt g° iuramẽtũ licitũ ⁊ meri
toriũ qñ ꝑ ip̃m ꝑximo ſubuenit. Uñ i
in pſał. Dñe. qs hitat in tabnaculo tuo:
⁊ ſeq̃tur. Qui iurat ꝑximo ſuo: ⁊ nõ de
cipit. A. Idẽ in ſum. con. lib°. ꝑ̊. ti. 9. q. 3.
B. Nõ tñ ẽ aſſueſcẽdũ ad iuramẽtuꝫ
ꝑpł periculũ ꝑiurii ꝑpł qđ nõ niſi ob
nccitatẽ vel vtilitatẽ ẽ iurandũ. 22. q. 1.
ita g°. Et ſic intelligẽdũ ẽ qñcunq̃ iura
mentũ inuenit ꝑhibitũ. A. ſ. ꝙ ſꝑ in
telligiř ꝑhibitũ niſi rõnabilis nccitas
vrgeat: ex̃ de iureiuř. 2 ſi xp̃s. ⁊ nõt Ni
co. de lira ſup. 20 c. Exo. B.
¶ Quot ſunt ſpẽs iuramẽti? R°. ſcđm
Ray. Due. Nã aliud eſt aſſertoriũ: vt
cũ iurat de pñti aut ꝯ ꝑterito: puta ſic
eſſe vł nõ eẽ. Aliud ẽ ꝑmiſſoriũ. ſ. de fu
turo: vt cũ aliqs iurat aliq̃d ſe datuꝝ
vel factuꝝ. Idẽ Tho. in 3°. ſniaꝝ. diſ. 39.
⁊ ſcđa ſcđe. q. 79. Et addit ꝙ hec aliqñ
fiunt ſimpłr: vt cum dř. Teſtis ẽ mihi
deus: vel corã deo loq̃r: vel per deum
qđ idẽ ẽ ſm Aug. Aliqñ v̈o ꝑ execratõ
nẽ: vt cũ qs obligat ſe ad aliquã penã
vt ſi hoc nõ fecẽo hoc accidat mihi vł
filiis meis ⁊ hi⁹ ⁊ tũc ſꝫ Aug. illa per q̃
ſic iurat obligat deo vt h° illis eueniat
ſi ſec⁹ ẽ q̃ dicit. A. Idẽ in ſũ. con. eo. ti.
q. 2. Et addiř ſm Ray. ꝙ alie diuiſiões
iuramẽti ꝑtinẽt ad foꝝ ꝯtentioſuꝫ. B
¶ Que eſt forma iuramẽti? R° ſꝫ Ray
In veteri lege iurabãt ſic. Uiuit deus
⁊ viuit aĩa mea. Hoc faciat mihi deus
⁊ hoc addat. 22. q. 1. ⁊. iurabũt. ⁊. 1. Reg.
14°. ⁊. 25°. In ꝑmitiua v̈o eccłia iurabãt

sic. Testis ē mihi de⁹. Ro. p̄. Itē testis
est mihi ɔſcia mea. Ro. 9. Uel corā deo
loquor ⁊ h⁹modi. 22. q. i. ſi peccatū. Ho
die xᵒ iurat̃ sic. Per deū. vel ſi me de⁹
adiuuet. vel p̱ istas sanctas reliquias.
vl̃ p̱ ista sancta euāgelia. ⁊ ſilr̃ ia. 35. q. 6.
de parētela. Et vt dicit Inno. nulla vl̃
modica differētia est: siue qs iuret vt
dictū est: siue ſi solū hᵒ dicat. Promit
to hoc in fide mea. Mai⁹ tñ pctm̄ ē fal
lere iuramētū factū p̱ increata vl̃ per
ſup̱iores creaturas q̄ȝ p̱ iferiores. Itē
iuramētū ē qñ aſſerit ſe dicē xitatem
in periculo aīe ſue: ex̃ de frig. ⁊ malefi.
frat̃nitat]. Semp̱ tñ qñ ps p̱ti iuramē
tū defert iurādū est ẜm q̄ placet ābo
bus. ff. de iureiur̃. l. 3. §. vlt. ⁊. l. 4. ⁊. 5. In
iuramētis xᵒ que a iure p̄cipiūt̃: vt ē
iuramētū teſtis: vel iuramētū calum
nie ē iurādū ſup̱ sancta dei euāgelia.
A. Idē ī oib⁹ aliis iuramētis q̄ a iure
vel iudice vel a p̱tib⁹ ex nccitate defe
rūt̃. ẜȝ eūdē Inno. ⁊ Hosti. vt ī in ſum.
cō. eo. ti. q. s. Et adde qd̄ hr̃ s̄. iurare. §.
7. in vltima additōe. B. ex̃ de iura. ca.
c. vlt. xi. q. i. teſtimoniū. Idē q̊ȝ ſi p̱mi
ſerit qs aliqd iurare: vt dic̄ Hosti. A.
s. nulla forma diſtincta ẜm eūdem: vt
in dicta. q. s. B.

¶ Que exigunt̃ vt recte fiat iuramen
tū? Rᵒ ẜm Ray. Tria. s. xitas. iudiciū. ⁊
iuſticia. Ier̃. 4ᵒ. Iurabūt viuit dñs ī xi
tate ⁊ iudicio ⁊ iuſticia. 22. q. i. ⁊ iurabūt
Ueritas. n. ſp̱ dȝ adeſſe: vt. s. sciat qs fir
miter q̄ vex̱ ē qd̄ iurat. A. Debȝ eniȝ
adeſſe xitas rei. s. q̄ ſit verū qd̄ iurat̃.
⁊ ɔſciētie. s. vt putet eſſe verū: vt nōt
glo. in. c. aīaduertendū. 22. q. i. B. Alit̃
ſi tm̄ credit non debȝ iurare de ſcīa ſed
de credulitate. Itē dȝ eē iudiciuȝ idest
diſcreta deliberatio: vt. s. non iuret etiā
verū: niſi p̱pter nccitatē vel vtilitatē
22. q. i. ita ergo. Item iuſticia. s. vt illud
quod iurat̃ licitū ſit ⁊ honeſtum: vt in
dicto. c. ita ergo. Idē Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q.
89. A. Glo. Ray. exponit iuſticiam. s.
q̄ non ſit peccatū mortale vl̃ veniale
p̄ncipaliter vel p̱ accidēs: vt in ſū. con.
eo. ti. q. 9. Et ſi aliqd̄ p̄dictox̱ triū defu
erit nequaq̄ȝ iuramētū erit: ſed p̱iuriū
dcō. c. aīaduertēdū. Et ẜm Tho. ⁊ ī dcā
q. 9. nō p̄mo ⁊ p̄ncipalr̃. periuriū ē qñ
deeſt xitas: qꝛ iuramētū p̄ncipalr̃ or
dinat̃ ad ɔfirmatōem dicti humāi cui
ɔfirmatōi falſitas opponit̃. Scd̄ario
āt qñ d̄eſt iuſticia. 3ᵒ. qñ deē iudiciū. B.

¶ Quid qñ ī iuramēto nō eſt eadē in
tētio iurātis ⁊ recipiētis? Rᵒ ẜȝ Tho. ſe
cūda ſcd̄e. q. 89. Si hᵒ p̱ueit ex dolo iu
rātis opȝ iuramētū ẜuari ẜm ſanū itel
lectū ei⁹ cui iuramētum p̄ſtat̃. Si xᵒ
iurās dolū nō adhibeat obligat̃ ſoluȝ
ẜm ſuam itentōeȝ. Silr̃ s̄. iurare. §. 12ᵒ.
q̱ icipit. Quid ſi iuro. A. Uidetur aūt
iurans dolū adhibere qñ legitie inter
roganti ſtudioſe non clare reſpōdet. 22.
q. 5. quacunq̄ȝ. B.

¶ Utx̱ iuramētū p̱miſſoriū ſit ſp̱ obli
gatoriū? Rᵒ ẜm Tho. vbi ſup̄. Quicun
q̄ȝ iurat ſe aliqd factux̱ obligatur ad il
lud faciēdū: niſi xgat in peiorē exituȝ
vt cum iurat aliqs aliqd qd̄ eſt ẜm ſe
malū: vtputa ſe patratux̱ adulteriū: ī
q̊ cāu peccat iurādo: ⁊ peccat iuramētū
ſeruādo. Silr̃ vergit in deteri⁹: qꝛ eſt
maioris boni impeditiuū: puta cū ali
quis iurat ſe non intratux̱ religionem
vel q̄ nō fiat cleric⁹ ⁊ h⁹modi. Et in hᵒ
peccat qdem iurando qa ponit obiceȝ
ſp̄ūi ſancto: ſed mltō meli⁹ facit ñ im
plēdo. Nā que mala ſunt vel maioris
boni impeditiua ſub iuramēto cadere
non poſſunt. Sed ⁊ alio modo vergit ī
deterius p̱pter aliqd qd̄ de nouo emē
git: qd̄ fuit ip̄remeditatū: ſicut cū He
rodes iurauit puelle ſaltanti ſe datux̱
qd̄ petiſſet. Hoc. n. iuramētū poterat
eē a p̄ncipio licituȝ itellecta debita cō
ditōe. s. ſi peteret qd̄ dare liceret: ſȝ im
pletio iuramēti fuit illicita. 22. q. 4. ⁊ s̄
officium. A. Con. glo. Ray. vt in ſum.
con. eo. ti. q. 13. Et addit. Credo ſine p̄iu
dicio q̄ iuramentū vergit in peiorem
exitū ſex modis. p̄ cū iurat̃ aliqd qd̄ ē
mortale in ſe. 2ᵒ. cum iurat̃ qd̄ ē vēiale
in ſe. 3ᵒ cū iurat̃ aliqd indifferēs qd̄ ex

circũstantiis efficit mortale vel veni
ale. 4º cũ iuramẽtũ excludit op' pieta
tis ex caritate faciẽdũ: vt cũ iurat ali
quis q nihil dabit isti ex caritate. 5º cũ
excludit op' de genẽ bonoꝝ: vt cuꝫ qs
iurat q nõ erit eps. mõach'. vl' caõic'.
vl' nõ celebrabit vsqꝫ ad mẽsẽ. vel q ñ
ieiunabit ꝓ deo vl' peccatis suis i pane
ꝛ aqua nisi pcipiat ei. vel q non dicet
psalteriũ vl' septẽ psalmos. 6º cũ exclu
dit opus indifferẽs pia intẽtiõe ꝓ deo
aut primo faciẽdũ: vt si quis iurat q
nõ loquet Martino vl' nõ intrabit do
mũ eius: vel nõ coquet ad furnũ eius.
vl' q nõ vendet ei rẽ ꝓ minori pcio q̃
tanto. vel q nõ comedet ad eãdẽ men
sã cũ eo. Iõ credo q ppt h'mõi iuram̃
ta qs nõ dꝫ declinare a talib' si ea facẽ
velit pia intẽtõe ꝛ ppt deũ ꝛ salutẽ aie
sue: ꝛ ppt tollẽdũ scãdalũ ꝓximi ꝯ quẽ
sic iurauit. In pmis aũt tribus modis
credo q possit qlibet sic iurãs auctori
tate ꝓpa ꝯtrauenire: sed imponenda
ẽ ei pnia de temerario iuramẽto. In re
liqs trib' q̃uis h'mõi iuramẽta ñ sint
obligatõia nec iponẽda sit pnia ꝓ trãs
gressiõe eoꝝ tanq̃ ꝓ mortali: nõ expe
dit tñ ꝓpa auctoritate ꝯuenire nisi ꝓ
pter vrgẽtẽ nccitatẽ. tũ ppt reuerẽtiã
sacri. tũ ppt scãdalũ simpliciũ. Uñ pe
tẽda ẽ absolutio a supiore q h'mõi iu
ramẽta dꝫ facile relaxare vl' poti' ostẽ
dere sic iurantes non fuisse obligatos
ꝛ imponere pniam de temerario iura
mento. Et cum his cõ. theologi: vt pa
tet in dicta. q. 13. B.

¶ Que maior obligatio voti vel iura
mẽti? Rº bꝫ Tho. scda scde. q. 89. Uotũ
ex sui rõne ẽ magis obligatoriũ. Nam
obligatõ voti causat ex fidelitate quã
deo debem' cui' trãsgressio ifidelitatẽ
ꝛ per ꝯñs irreuerẽtiã ꝯtiet. Obligatio
aũt iuramẽti causat ex reuerẽtia quã
debem' ei ex qua tenemur q verifice
mus id quod per nomẽ ei' ꝓmittim'
cuius trãsgressio cõtinet irreuerẽtiam
tñ. A. Idẽ in sũ. cõ. eo. ti. q. 14. Et alia
etiã est rõ bm Tho: vbi sup. q2 pl' obli
gat simplex ꝓmissio deo facta q̃ homi
ni cum iuramento. B.

¶ An viri possint irritare iuramenta
vxoꝝ? Rº bm Guil. Non. nisi sint talia
q̃ vxor nõ põt implere sine scãdalo ꝛ p
iudicio viri. Et sic itelligẽdũ videt qđ
dicit Tho. in. 4. se. i fi. A. Idẽ in sũ cõ.
li. 1º p. ti. 8. q. 36. B.

¶ Utrũ in iuramẽtis possit dispẽsari?
Rº bꝫ Tho. scda scde. q. 89. In iuramẽ
tis ꝓmissoriis dispẽsari põt sicut i votis
vbi nõndũ q illud qđ cadit sub iura
mẽto ꝓmissorio aliqñ ẽ manifeste pec
catũ vel maioris boni ipeditiuuꝫ. ꝛ ta
le iuramẽtũ dispẽsatõe nõ indiget. Ali
qñ ẽ dubiũ vtꝝ sit licitũ vl' illicitũ ꝓ fi
cuũ vl' nociuũ aut simplr aut i aliquo
casu: ꝛ in hoc põt qlibet eps dispẽsare.
Cũ xo ꝓmittit aliquid sub iuramẽto
qđ ẽ manifeste licitũ ꝛ vtile: in tali iu
ramẽto nõ vr hre locũ dispẽsatio vl' cõ
mutatio: nisi aliquid meli' occurrat fa
ciẽdũ ad cõem vtilitatẽ qđ maxie vr
ptinere ad ptãtem pape qui hꝫ curaꝫ
vlis eccle. silr ẽt ꝛ iuramẽti absoluta
relaxatio. A. Hoc ẽ verꝫ ex iusta cau
sa: vt si iuramẽtũ esset ꝯ ptinentia ad
obediẽtiã superioris: vl' ob aliã iustaꝫ
cãꝫ. Al' sec'. cũ obseruatio iuramẽti vt
pꝫ Nũeri 30. sit de iure diuo ꝯ qđ nemo
aliqd põt. 25. q. i. c. sunt qdã. B. Nã ad
vnũquẽqꝫ ptinet irritare iuramẽtum:
qđ a subditis factũ est circa ea q̃ subdũ
tur ei' ptãti: sicut pr põt irritare iura
mẽtũ puelle ꝛ vir vxoris: vt dr Nũeri
30. A. Ray. dicit vt nõtur in sum. con.
li. 1º p. ti. 9. q. 26. q idẽ iudicãdũ ẽ de abso
lutõe a iuramẽto ꝛ a voto. Et glo. eius
dicit q nõ solũ papa sꝫ ẽt eps põt in iu
ramẽtis dispẽsare sicut ꝛ i votis. Põt
etiã licite iuramẽta mutare in melius
nec est hoc venire ꝯ iuramentũ: ex. e.
ꝓuenit 2º cũ etiã nõ magis obliget vo
tũ q̃ iuramẽtũ exceptis tñ iuramẽtis
circa grauiora que reseruãtur pape: vt
puta si ꝯcernerẽt aliquã nõbilẽ vniuẽ
sitatẽ: ex. de elec. venerabilẽ. Et i h' ca
su dicit itelligẽdũ dictuꝫ eoꝝ q dicunt

dispēsatōem seu ꝯmutatōez iuramēti
reseruatā pape. Et satis vꝛ cō. Jnno. di
cens ꝙ eps in iuramētis dispensat si sē
dolo metu vl' vi extorta. ⁊ etiā qn̄q₃ ex
cā i iuramētis licite p̄stitis. Et cō. Ho
sti. vt in dicta. q. 26. B. Utrū debitor ꝓ
pter vim iuramēti teneat reddē debi
tū excōicato: vide s̄. excōicatio 6º. §. 27º
qui icipit. Quid si teneor. De iuramen
to fidelitatis hēs s̄. feudū. §. 6º. ⁊ s̄. iura
re. §. 9º. i fi. Jtē de iuramēto fidelitatis
si non p̄stet pape a p̄lato: vide. i. ꝑegri
nus 2º. §. fi. i fi. De iuramēto eoꝝ q absol
uunt ab excōicatōe hēs s̄. absolutio 5º
§. 2º. ⁊ 3º. De matēia iuramēti habes mlt'
ta s̄. iurare. ⁊. i. ꝑiuriū. Jtez de iuramē
to vniuersitatis hēs h statim.

Iuramentum 2º.

Iuramentum 2º. De iuramēto vniuersitatis si
ue alicuius societatis. Aduertēdum ē
ꝙ qn̄ vniuersitas alicui' ciuitatis vel
collegii iuramēto se obligauit: ⁊ iuran
tes iam mortui sūt: successores facien
tes cōtra nō sunt ꝓpter hoc ꝑiuri. Naz
obligatio iuramēti ꝑsonalis ē ⁊ nō trā
sit ad successores. Tenēt tn̄ ex q̄dā fide
litate adimplē qḋ iuratū fuit: ar. ex̄. e.
veritatis. hec Ray. ⁊ Tho. scḋa scḋe. q.
98. A. Jdē i sū. cō. li. 2º. p̄. ti 9. q. 33. B.
¶ Quid si hoies alicui' vniuersitatis
seu societatis iurāt aliqd se facturos vl'
non facturos: nūqd pn̄t sibi remittere
R. s'm Guil. Hoc pōt eē q̄tuor modis.
P̊ qdē si iuramētū sit de his q̄ ꝑtinent
ad cultū dei seu ad religionē vl' ad pie
tatē: ⁊ tunc nō pn̄t remittē: vt si duo iu
rēt ꝙ ibūt vltra mare militare ꝓ deo
vl' ꝙ intrabūt religionē: aut ꝙ dicent
duo vel tria psalteria ꝓ inuicē. aut si
q artifices iurēt ꝙ de lucro suo certaz
portōem dabūt fabrice alicuius eccl'ie
vel i alios pios vsus. Ubi tamē aliqui
iurāt ꝙ ibūt vltra mare simꝉ: pn̄t qdē
sibi remittē ne vadāt simul: s₃ nō pn̄t
remittere qn vadāt: q₂ q̄i duo iuramē
ta sunt. s. ꝙ vadāt: ⁊ ꝙ simul vadāt. 2º
si iuramētū sit de tꝑalib': ⁊ sit tale qḋ
absq₃ iuramento tenentur facere qḋ
iurant: ⁊ tunc etiā nō pn̄t sibi remittē,
q₂ ꝓpter salutē aiarū videt sic iuratū
vt si carnifices iurēt ꝙ nō vēdant car
nes ifectas ꝓ sanis: aut ꝙ nō sophisti
cabunt merces suas: ⁊ h' modi. 3º pōt
contingere ꝙ iuramentum sit qdē su
per re tꝑali: sed tali ꝙ absq₃ iuramēto
nō tenebantur facē qḋ iurāt. Et tunc si
obseruātia iuramēti spectat tm̄ ad cō
modū vel icōmodū iurātiū possūt sibi
remittē: vt si quis iuret ꝙ faciat alteri
librū vel domū: ⁊ ille ꝙ reddet ei mer
cedem. Silr qn̄ duo socii iurāt de cōicā
do sibi inuicē oia lucra. Si aūt spectat
ad cōmodū alioꝝ magis q̄₃ iurantiuz
n̄ possūt sibi remittere: vt si artifices
aliqui iurent ꝙ in mercib'. 20. solidoꝝ
non accipiēt de lucro vltra vnū solidū
vel ꝙ nō vendēt oꝑa nisi de mā sic pa
rata. vl' ꝙ n̄ trahēt petias pāni vltra tm̄
⁊ h' modi. 4º si obseruatio iuramenti
sit aliis dānosa. Nam tale iuramētum
non ē obligatoriū: vt si iurent sutores
ꝙ certo tꝑe nō laborabūt. ⁊ hoc vt ꝓ
pter raritatē cari' vēdāt: vl' carnifices
nō incidēt siue parabunt carnes vltra
certū numerū. vel aliq opifices ꝙ nō
operabūt ꝓ minori p̄cio q̄₃ tali ⁊ hui'
modi. Que qdē iuramēta q̄uis nō sint
obligatoria: n̄ expedit tn̄ ꝙ ꝓp̄a aucto
ritate sibi remittantur: sed ꝙ auctori
tate epi reuocētur vel poti' denunciē
tur non tenuisse. A. Et pnia est iponē
da de temerario iuramēto s'm eūdem
vt in sū. con. eo. ti. q. 36. B. Uel dic ꝙ
sufficit auctoritas ꝓp̄a qn̄ iuramētum
fuit de eo qḋ ē manifeste pctm̄ aut ma
ioris boni ipeditiuū: vt dictuz est s̄. iu
ramētū p̊. §. 6º. A. Hoc ē veꝝ qn̄ mani
feste oibus ꝯstat ꝙ illicitū fuerit iura
mētū. al' saltē ꝓpter alioꝝ scādaluz vi
tandū tenendū est p̄us dictum. B.
¶ Qn̄ multitudo iurat aliqd facē vel
nō facē: nūqd aliqb' ꝯuenientib' pn̄t
alii ꝯuenire? R. s'm Guil. Si absolute
⁊ i oēm euētū iuratū ē qlibet s'uare te
netur. Si vo sub ꝯditiōe vel ob deter
minatā causam: puta si alii seruarēt ⁊

h'modi: nõ tenet qs nisi exñte ɔditiõe ar.32.q.8.nõ solũ.ex de ɔdi.appo.verũ. ex de iureiur.puenit. Uñ si oẽs alii vl' p'tes nõ seruẽt: in hoc casu absoluti vident alii. Si ṽo pauci sunt q nõ seruarent: recurrẽdũ est ad itẽtõem iurãtiũ vz q si intẽdebãt q quocũq nõ seruãte ipi nõ tenerẽtur: aut solũ si multi essent illi q nõ seruarẽt. Et si de intentõe nescit' tutius ẽ seruare. A. Glo. Ray. vt pz in sũ.con.eo.ti.q.40.dicit q qñ medietas vel maior ps multitudinis adhuc seruat iuramẽtũ si hoc ṽgit i damnũ seruãtiũ ⁊ in lucrũ nõ seruantiũ benigne ĩterpretãdũ ẽ sicut dictum est s. iurare.§.12.º in casu de mẽsuris. B.

Iurisditio. De iurisditione epi spirituali vbi ⁊ qñ possit exercẽi vide supra eps.§.8.º ⁊ supra absolutio p.§.6.º De tẽporali supra eps.§.9.º

¶ Iurisditio q̃dam ẽ volũtaria.s. quãdo nemo se opponit: ⁊ hec põt exercẽi oi tpe ⁊ loco: vt.ff.de adop.l.emãcipari Quedã ɔtẽtiosa.s.qñ litigat. ⁊ hec non põt expediri a iudice pcedẽte. A.i. nõ p tribunali sedẽte: vt in.§.spatiuz: de quo.i. B .nec dieb' feriat]: nec de nocte.3.q.3.spatiuz.ṽ.a iudice pcedente. ex de o i.dele.c.consuluit.

Ius. Quid est ius. Quid rigor. Quid eqtas. Et qd dispẽsatio? R.º fm Ray. ⁊ Hosti. Ius est ars boni ⁊ equi cui' merito qs nos sacerdotes appellat. A .h.º est de textu: qd sequit' est expositio. B .i.sacrorũ pceptorũ ministros.ff.de iusti. ⁊ iure.l.i. Rigor ṽo est excessus siue austeritas iur] aliq̃tiẽs ad terrorẽ script' qui qdẽ nõ ẽ seruãdus: nisi vbi timet exẽpluz mali. A .i.ne pctm̃ deducatur ad alios p exemplum: vt i.c.sed ⁊ illud de quo stati. B dis.45.sed ⁊ illud. Qñ q tñ rigor idẽ ẽ qd subtilitas iur] ⁊ seruãdus ẽ: ex de resti.spol.in l'ris. Eqtas ṽo ẽ mediũ int' rigorẽ ⁊ dispẽsatiõem. C.de iudi.placuit. Et diffinit' sic. Eqtas ẽ iusticia dulcore mĩe tpata. Uel eqtas est mod' rõnabilis regẽs mĩam ⁊ rigorez. Hanc iudex sp oz p oculis habere .ff.de eo qd cer.loco.l.q si ephesi. in fi. .45.dis.disciplina.⁊.c.q emendat. ⁊.50. dis.põderet.i fi.⁊.c.dño scõ. Nã melius est de mĩa q̃ de seueritate reddẽ rõez .26.q.7.alligant. Hoc intelligo fz Ray. nisi ex cã iusta seruet rigorẽ vel faciat dispẽsatõem. Quid ãt sit dispensatio ⁊ p'la de ipa hẽs s.dispensatio.per totũ. A .Idẽ in sũ.con.li.º4.ºti.29.q.i. B.

¶ Ius publicũ dr' vno mõ quodlibet ius in scriptis redactũ: qd dr' publicuz. qz a publicis psonis ĩtroductũ est: vt a pncipalibus vel ɔsiliis. sil'r ⁊ cõstitutio municipalis vl' epalis. Itẽ alio modo dr' ius publicũ: qd publice vtilitati expedit: vtputa ne qs sua re male vtat'. ⁊ h'modi. Itẽ alio mõ ⁊ spãliter dicit' ius publicũ illud qd ɔsistit i sacris ⁊ sacerdotib'.ff.de iusti.⁊ iure.l.i. Qd etiaz spãl'r diuuz dicit': ex de iureiur.nimis diuino. A .Al' incipit nimis de iure. Et hec ẽt nõtur in sũ.con.li.º3.ºti.26.q.24. fm Hosti. Ibi etiam plura alia de isto iure publico dicunt'. B.

¶ Utrũ ea q̃ ɔtra ius fiũt valeant. R.º Regula dicit. Que ɔ̃ ius fiunt debẽt p infectis hri: ex de reg.iur]. que ɔtra li.º 6.º Quã regulã quidã voluerũt dicere hre locũ solũmodo quãdo ius ita phibet q addit: ⁊ si ɔ̃ fiat nõ valeat. Sed hec expositio reprobat' expsse. C. de legi.non dubiũ. Ideo ĩdubitant' tenẽdũ est q qñcunq lex phibet si nihil aliõ addit tũc ea que ɔtra fiũt ipo iure nõ valent: vt sũt venditões.donationes. electiones.testamenta: ⁊ oia h'modi: nisi sint talia q eorũ effect' reuocari nõ possint: vt homicidiũ.⁊ h.ºmodi. Si ṽo lex addit aliquid plus: tunc cõsiderandũ est q addere potest tripl'r. Et p qdẽ ɔtingit si addat ṽba expsse ãnullantia vt dicẽdo.si ɔ̃ factũ fuerit sit irritũ ⁊ inane. Et tũc est planũ.ff.de tutel.l.muto .§.sub conditione. Secundo contingit si addit verba exprimentia modum per quem illud factum annullatur: vt

dicēdo q ꝯfecerit remoueatur excepti
one tali vł tali: vt macedoniani ꝛ vel
leiani. de dolo ꝛ silib⁹. Et tūc qđ ꝯ legē
factū est pͥma facie valet: ſ remouet
exceptōe opposita. 3º cōtingit addi ali
qua verba confirmātia: vt dicendo sic
Si cōtra factum fuerit valebit qdem.
ꝛc. ꝛ tunc valet. ff. de fideiusso. l. grece.
§. a tutore. ꝛ de interdic. ꝛ rele. l. relega
toꝝ. §. ad tps. ꝛ qñ appel. sit. l. i. §. biduū.
Et hec ē snia Dy. ꝛ Cy. Ad mām iuris ꝑ
tinere potest. infra lex.

IUstificatio. Que exi
gunt ad
iustificationem impii? Rn⁹
ꝭm Ray. Quatuor que sūt simul tem
pore. s. motus liberi arbitrii. contritio
animi. infusio gratie. ꝛ remissio culpe.
A. Con. Tho. ꝛ Pe. vt in sum. con. lib⁹
3º ti. 34. q. 29. B.

KAracter. Karitas.
Kathecis
mus ꝛ silia quere i lr̄a. c.

LAtro. Quis dicat la
tro public⁹: vł
nocturn⁹ ppłator agroꝝ
R⁹ Latro public⁹ dr̄ q insi
diat ꝛ aggrdit i publicis strat. Noctur
nus ꝟo ppłator agroꝝ q ꝯ nocte agros
vastat ꝛ incendit. Hos ꝭm leges impu
ne occidere licet: vt s. homicidiū ꝓ. §.
6º nec gaudēt emunitate si confugiūt
ad ecclesiam: vt sup. emunitas cōfugi
entium. §. ꝓ. Et ad istam latronis māꝫ
potest ꝑtinere. i. ꝓdo. ꝛ. i. raptor.

LEgare. Quid iuris si te
stator legauit rē
alienam? R⁹ ꝭm Hosti. Si te
stator ignorauit ipam esse alienaꝫ. he
res non tenet pͥstare eam nisi forte is
cui relinquebat esset persona coniun
cta puta vxor vel alia ꝑsona cui erat
tātū dē r̄lictur⁹ ꝯ suo. qꝛ tc̄ tenꝫ legatū
C. de leg. cū alienā. ł nisi ipa res eēt he
redis: qꝛ tunc tenet eā pͥstare. ff. ꝯ leg.
2º vnū ex familia. §. si rē tuaꝫ. Si ꝟo te
stator scit rem esse alienā tūc tenetur
heres emē ꝛ tradē. ꝛ si ille cui⁹ est non

vłt vēdē vł nō nisi nimis gui ꝓcio: te
net hēs pͥstare iustā estimatōem: nisi
forte eēt talis res c⁹ cōmerciū nō hr̄: vt
res sacre: ꝛ h⁹. Uñ ñ obstat ex ꝯ testa.
fili⁹. qꝛ res ille erāt res eccłie i qbus le
gatū nō tenuit. Con. Inno. A. s. in dicto
c. fili⁹. Ibi etiā h⁹ nōt glo. ꝛ addit ꝙ le
gatario incūbit ꝓbare sciam testatoris
Predicta ēt nōnt i sū. cō. li⁹ 2º ti. 5. q. 110.
B. Legatū ad pias cās valet cum mi
nori solēnitate: vide. i. lex. §. 9º ꝟsu. xi.
Quō hēdes debeāt soluē legata aut ēē
ꝯbita defūcti hr̄ s. hēditas. §. 5º A. q
incipit. Utrū heredes. B. ꝛ seqntib⁹.

LEgatus. Quot sunt ge
nera legatoꝝ?
R⁹ ꝭm Ber. ex eo. c. excōicatis
Tria sunt. Nā qdā sūt legati de latere
pape: vt sunt cardinales ꝓncipaliter:
ꝛ ēt alii sicut ibi Ber. subdit. qui mittū
tur de curia. Secūdi sūt ñ de latere. s. q
mittuntur a papa: non exñtes in curia
Ueri⁹ tñ tenēdū qđ ꝓbat Io. an. in 6º s.
ꝙ solū cardiales dicūt de latē. A. Cō.
glo. Ray. vt in sū. con. li⁹ 3º ti. 33. q. 89. B.
Oēs alii vndecūqꝫ missi nō dicūtur de
latere. Sūt ꝛ tertii q ꝓtextu eccłiaruꝫ
suaꝝ hñt legatōeꝫ. An ꝟo tales possint
absoluē percussores cłicoꝝ hēs sup. ab
solutio 2º in ꝓn⁹ A. ꝛ etiā in dicto. c. ex
cōicatis. s. ꝙ non possunt absoluē. B.
¶ Legat⁹ de latere pōt ꝯfirmare ele
ctōes epoꝝ. A. ac etiā archiepoꝝ: vt. i.
c. si abbatē. de q. i. B. ꝛ exemptoruꝫ.
Alii legati nō sine spāli mādato: ex de
elec. si abbatē. li⁹ 6º Pōt etiā legatus ꝯ
latere cognoscere de causis ꝯtra exem
ptos: vt sup. exemptus. §. pł.
¶ Quid si legat⁹ aliquē excōicauit dū
erat in ꝓuincia sibi decreta: nunquid
postqꝫ egressus ē pōt eū absoluē? Rn⁹
ꝭꝫ Inno. Si reuocat⁹ ē nō poteēit. Si ꝟo
exiuit reuersur⁹ postqꝫ reuersus fuēit
poteēit: ꝛ etiā añ regressū si est legat⁹ ꝯ
latē. A. Immo si nō sit de latē potest
absoluere in foro pniali sibi subditos
etiā ex ꝓuinciam cum sit voluntarie
iurisditionis: vt supra. confessio 3º §. 2º

Judicialr aũt absoluere ex̃ ꝓuinciam
non potest etiã legat᷒ de latere: vt sup̃
absolutio ꝑ.§.5°. B.
¶ Qđ legat᷒ q̃tũcũq; plenã legatio
nẽ hẽat: siue etiã hẽat ꝓtextu eccl'e sue
nõ hꝫ ex hoc ptãtẽ cõferẽdi beneficia:
nisi ei spãlir sit ꝯcessũ: vel nisi sit car
dinalis: hr̃ ex̃ eo.officii.li°. 6°. Qđ si ec
clesia hẽt patronũ laicũ: non põt ꝯfer
ri per legatũ: nisi ei quẽ patron᷒ p̃nta
ret. Eodẽ modo si habꝫ patronũ cl'icuꝫ
cui patronat᷒ ꝯpetit rõne sui patrimo
nii: ex̃ eo.cũ dilect᷒. A .s.in ti.đ iure pa
tro. B .Sec᷒ si cl'icus sit p̃ron᷒ rõe ec
clesie: vel etiã si sit collegiũ. qꝛ tunc eo
irreqsito põt legat᷒ ꝯferre: qꝛ põt qđ
maius est. s. ipsas eccl'ias cõferre nõ re
quisito ep̃o. A .Facit ex̃ de offi.le. dile
ct᷒. ꝛ ibi hoc notat glo. B.
¶ Oẽs reseruatões q̃rũcunq; bñficio
rum facte a quocũq; legato auctorita
te legatõis. A .vel ab executoribus de
putatis ꝑ ip̃m: vt in.c.p̃nti.de q̊.l. B .
ꝛ oia decreta siue denunciatões ꝛ ꝓces
sus carẽt virib᷒ finita legatõe. A .duꝫ
modo ad collatõem eoꝝũdẽ bñficioꝝũ
iã vacantiũ minime sit ꝓcessũ: vt ibi .
B .Quin etiã si durãte legatõe legat᷒
in aliq̃ eccl'ia. A .s.cathedrali vl' colle
giata: vt ibi. B .fecit aliquã reseruatõ
nẽ: nõ põt illa pendẽte facere aliam in
illa eccl'ia. Silr ẽt postq; reßuauit vnũ
bñficiũ ꝑtinẽs ad collatõeꝫ cuiuscũq;
ip̃a reseruatõe pendente non poterit
aliud reseruare quod ad eũdem perti
net. hec ex̃ eo.p̃nti.li°. 6°.
¶ Nullus legat᷒ põt facere aliquã re
seruatõem de eccl'iis ꝛ dignitatib᷒ eaꝝ
vbi illi qui ꝓficiũtur habẽt per electõ
nem assumi nec se intromittere qn eli
gere ꝛ postulare valeãt: ex̃ eo. delibe
ratione.li°. 6°.
¶ Nullus legat᷒ põt ꝯcedẽ alicui i ge
nerali vel i spãli vt recepta resignatio
ne illoꝝ qui habẽt bñficia possint illa
alteri ꝯferre: alr non valet: ex̃ eo. deli
beratõe .li°. 6°.
¶ Constitutões facte a legatis i sua ꝓ
uincia durãt postea ꝑpetue. Secus si
cãs delegẽt. qꝛ egressis illis đ ꝓuincia
nõ durat iurisditio delegatoꝝũ nisi añ
legatoꝝ discessuꝫ citatio ꝓcesserit: ex̃
eo.nemini.
¶ Legat᷒ nõ põt ꝓcessũ delegatoꝝ ipe
dire aut ei᷒ s̃niam irritare: sed põt eaꝫ
cõfirmare ꝛ exeq: ex̃ đ of.del. studuisti
¶ Quot mõis finit legatio? R° ꝫ Jo.
an. Quatuoꝛ modis. ꝑ mõ si dat᷒ fuit
legat᷒ ad tp̃s finito tp̃e finita est lega
tio: ex̃ de offi.del.de cãis. 2°. qñ reuoca
tus est. ff. de iudi.l. iudiciũ. 3°. qñ egres
sus ẽ legatõem aio non redeundi. Se
cus si aio redeundi: ex̃ eo.nouit. 4°. per
mortẽ ip̃ius legati: nõ tñ morte ꝯstitu
entis: ex̃ eo.legatos li°. 6°.

LEgitimus filius quis est? R° ꝫm Ray. Legitim᷒ filius est qui
de legitimo m̃rimonio nat᷒ ẽ: vel đ eo
qđ legitimum reputabatur: ex̃ eo. cuꝫ
inter Johem. ꝛ hoc siue ambo in facie
eccl'ie ꝯiuncti sunt bona fide credẽtes
se legitime copulatos. vel si alr tm̃ cre
debat. Nã ꝛ sic legitim᷒ ẽ fili᷒ ꝛ vtriq;
parẽti succedet: ex̃ eo.ex tenore. Sec᷒
si clãdestine ꝯtraxerũt. qꝛ videt fuisse
ignorãtia affectata. Aut etiã si ambo
ip̃edimẽtũ sciẽtes publice ꝯ̃xerunt: ex̃
eo.de clãde.desp̃õ.cũ inhibitio. Jdem
Tho. ꝛ Pe.
¶ Quõ p̃nt legitimari q legitimi non
sunt? R° Mltiplr. Et p̃m᷒ qdẽ modus
ẽ per sequẽs m̃rimoniũ qñ solutus de
soluta filios hẽt. s. nãles si contrahit cũ
ea legitimant. Sec᷒ đ spuriis. s. ex adul
terio nati: ex̃ eo.ꝯq̃stus. ꝛ.c.tãta. 2᷒ est ꝑ
spãlem indulgẽtiã pape: ex̃ eo. ꝑ vene
rabilẽ. Hi duo modi in canonib᷒ repe
riuntur. Sũt ꝛ alii ꝫm leges. Prim᷒ ẽ
pat filiuꝫ nãlem offerat curie impato
ris: fiatq; curialis: vt in auc̃.q. mo.na.
effi le.§.si qs igit coll'.7. Jdem si eum
offerat curie ciuitati: de q̃ vl' cui᷒ vico
ẽ oꝛiundus: vt Jnsti.de nup.§.vlt. A.
Meli᷒ in auc̃.q.mo.na.effi.le.§.si quis
igit. 2°. B .2᷒ modus ẽ si pat decedens i

testamento nālem filium nominet le
gitimū hēdē: ⁊ ipē postea offerat pnci
pi testamētū: fiet legitim⁹. 3⁹ modus ē
si nullo filio legitimo exn̄te ipē nālis
filius seipm offert curie: vt dictū est i
auc. q. mo. na. effi. le. §. p. ⁊ §. si quis igit
4⁹ mod⁹ ē si pr̄ in instr̄o per publicam
manū ꝯfecto: vel alr̄ scripto cum sub
scriptōe triū testiū eū noiet filiū: nec
adiecerit nālem: vt in auc. vt li. ma. et
auie. §. ad hec. colr̄. s. A. Ibi dicit. si qs
filium aut filiam habēs de libera mu
liere cum qua nuptie cōsistere pn̄t pu
blico instrumento dicat siue ꝓpria cō
scripto manu ⁊ habēti subscriptōez tri
um testium fide dignoꝝ siue in testa
mento siue in gestis munimētoꝝ hūc
aut hanc filiū suum eē vel filiā: ⁊ non
adiecit nālem. h⁹modi filiū vl filiā le
gitimos eē: ⁊ nullā aliā ꝓbatōem ab
eis queri: sed oi frui eos iure filioꝝ le
gitimoꝝ. Ex h̄ n. ⁊ cū eoꝝ matre mon
strat legitimū habuisse mrimonium.
Ibi etiā dr̄ ꝙ sic noiando vnū idē ius
extēdit ad oēs alios filios ex eadē mu
liere natos. B. Spurii ṽo nō possunt
legitimari ꝗtū ē ꝑ leges: sed iperator
vl alius auctoritate ei⁹ aliqñ de grā le
gitimat. ⁊ silr̄ papa. A. Predicta etiā
nōntur in sū. con. li.º 4.º ti. 24. q. 2. scđm
Ray. Tho. Pe. ⁊ Al. B.

Quid ꝓdest filios eē legitios? Rn̄.
Succedūt in oibus bonis parētū: vt i
auc. q. mo. na. effi. le. §. ⁊ qm̄. ⁊ C. de suis
⁊ legit. here. per totum: ex̄ eo. conqst⁹.
⁊ c. tanta. Et hoc intellige nisi excludā
tur ab hereditate i casib⁹ qs hēs s̄. he
reditas. §. 2.º Utrum legitimatus q ad
actus ecclīasticos intelligat legitima
tus q ad sclares hēs sup̄. illegitim⁹. §.
fi. A. ⁊ ibi pleni⁹ i additōe. B. Ad ma
teriā istā ꝑtinē p̄t s̄. fili⁹. ⁊ s̄. illegitim⁹

Legitima portio

Legitima portio triplex est. Una est q̄ ē ꝺbita
iure nāe. ⁊ dr̄ debitū bonoꝝ subsidium
⁊ hec ꝺbet filiis tm̄ qui sine cā exhere
dari nō pn̄t: ⁊ huic portōi nullū graua
mē pōt imponi. C. de inoffi. testa. l. om
ni mō. ⁊ duab⁹. l. se. Et hec est talis. Si
sunt quatuor filii vel infra: debēt hr̄e
tertiam partē. Si sunt qnq3 vel vltra
debēt hr̄e medietatē ei⁹ qđ eis defere
batur ab itestato. C. de ioffi. testa. auc.
nouissima. Et intelligi d3 detractis de
bitis si qua eēnt. A. Facit. l. venisse. ff.
de ṽb. sig. B. Itē ē alia portio. s. qrta
falcidie q debet iure institutōis: vt cū
aliquis est istitut⁹ hēs: ⁊ illa hēditas ē
exhausta ꝑ legata: tūc istitut⁹ pōt de
trahere sibi vsq3 ad qrtā ꝑtē hēditati
detrahēdo de singulis legatis: nisi ad
pias cās. A. Hoc hēt in auc. silr̄. C. ad
. l. falcidiam. Cessat ēt falcidia qñ testa
tor sciens ꝗtitatē pr̄imonii sui exp̄sse
illā ꝓhibuit. vel si heres nō fecit inuē
tariū tpe ⁊ modis a iure statuti: vt in
auc. sed cū testator. C. eo. vel si heres
infra legitimū tp̄s volūtati non paru
erit testatoris: ex̄ de testa. Raynaldus
ad fi. Et ibi glo. dicit ꝙ tp̄s legitimū ē
tp̄s anni cōputādū a iussu iudicis ifra
qđ tp̄s si nō paruerit dicit ꝙ etiā ꝑdit
oia: excepto qđ sibi debet ex fideicom
misso. Item cessat falcidia quādo aliq
sunt ita relicta vt non alienent: sed re
maneāt apud successores ei⁹ cui relin
quūtur: in auc. s3 ⁊ in ea. C. eo. B. ex̄ ꝺ
testa. Raynaldus. ad fi. ⁊ C. ad . l. falci.
ꝑ totū. Itē ē tertia q dr̄ trebellianica:
vt cū aliqs institutus heres rogat vt
alii restituat hereditatē. Nam talis in
stitutus pōt retinē quartā partē de to
ta hereditate: vt Insti. ꝺ fideicō. here.
. §. sed qr. ⁊ C. ad trebel. ꝑ totū. Hec de
trahit de vniuersitate hereditatis. et
in hac ꝯputant legata ⁊ donatiōes. ff.
ad. l. falci. in quarta. A. Hec lex nō vi
detur ibi habēi: ⁊ puto ꝙ velit allega
re. l. in ꝗtitate. que est eo. ti. sed meli⁹
vr̄ facē Insti. de fideicō. here. §. sed qa.
cū se. vbi p3 ꝙ cōmoda ⁊ onera hēdita
tis diuidunt int heredē ⁊ fideicōmissa
rium siue sit vn⁹ heres: siue plēs ꝓ suis
portiōibus. B. Notant hec ex̄ de te
sta. Raynutius. Et si plures heredes

instituti fuerint diuidēt inter se dictas portões. Hec q̄ dicta sūt de iure sūt. Le teꝝ circa hoͦ diuersaꝝ terraꝝ varia ē cō suetudo q̄ si rōnabilis sit ⁊ p̄scripta seruari dꝫ: vt s̄. ↄsuetudo. §. 3º. 4º. ⁊ 5º. A. hic posset ↄsuetudo irrōabilis discerni quādo esset cōtra relicta ad pias cās: vt notaꝛ in sū. con. liº. 2º. ti. 5. q. 93. Et cōse quēter idē foret qn̄cunq̄ esset ↄ̄ ōbitū pietatis seu caritatis. B.

Leprosus.

Quid de cō iugio lepro soꝝ? Rº. Lepra supueniēs sol uit sponsalia. A. s. de futuro: vt i. c. lraſ de quo. i. ⁊ ibi glo. q̄ etiā dicit ꝙ idem ē de qualibꝫ enormi deformitate. B. sꝫ non soluit mr̄imoniū: ex̄ eo. lr̄as. Unde si ↄtractū fuit teneꝛ cōiunx ad redditō nem debiti: ex̄ eo. c. p̄. ⁊ 2º. Leprosus ēt contrahere potest si inuenit volentem extra eo. c. 2º.

¶ Utꝝ cōiunx teneaꝛ cohabitare ↄiu gi leproso. Rº. ſm Tho. in 4º. dis. 32. Li cet teneaꝛ reddere debitū: nō tn̄ teneꝛ ei cohabitare. Non. n. ita cito inficiꝛ ex coitu sicut ex frequēti cohabitatione. Et ſm Pe. hec opinio celebrior ē: quaꝫ ⁊ Hosti. declarat sic. Sufficit leproso ꝙ vxor; ita ꝓpe sit ꝙ ꝓpt̄ loci distātiaꝫ non fraudeꝛ debito: nec opꝫ ꝙ in eodē lecto aut in eadē domo moreꝛ. Filii quoq̄ leprosoꝝ cum sano manē debēt ne inficiantur. A. Idē in sum. cō. liº. 4º. ti. 2º. q. 66. cū duab' se. B. Utꝝ leprosi teneātur dare decimas. hēs s̄. ðcime 2º. §. p̄. Et vtꝝ de sepultura. A. s. alicui' le prosi intrātis domū leprosoꝝ: vt i loco allegato. B. teneaꝛ ad canonicā porti onē: vide s̄. sepultura 3º. §. xiº. qui icipit. Quid de leprosis.

¶ Utꝝ sacerdos leprosus debeat cele brare. Rº. ſm Guil. Populo qdem ꝓpꝛ scādalū celebrare non dꝫ. Sed p̄uati si nō sit nimis deformis. A. aut debilis ſm eūdē: vt in sum. con. liº. 2º. ti. p̄. q. 43. B. nō est ꝓhibēdus: sed tn̄ cessabit a ministerio q̄ ad sanos. A. sed leprosis cantare ⁊ ministrare poterit diuina: vt in dicta. q. 43. B.

Lex et constitutio

Quid est lex? Rº. Lex ē ↄstitu tio ppl̄i in qua maiores natu sił cū ple bibus aliqd sanxerūt. dis. 2. lex. Et de hoͦ etiā vide in fine sequētis. §.

¶ Quis pōt facē legē? Rº. ſm Tho. p̄ ma scd̄e. q. 90. Lex p̄ncipalr̄ respicit ad bonū cōe. Ordiare aūt aliqd ad bonū cōe est vel totius multitudinis: vel ali cui' gerētis vicē toti' multitudinis. Et ideo cōdere legē vel ꝑtinet ad totā mł titudinē vel ad ꝑsonā publicā q̄ totius multitudis curā hēt. Est tn̄ ꝓmulgatio nccīa ad hoc vt lex hēat suā ꝟtutē. Un̄ dis. 4. A. in. §. leges. B. diciꝛ ꝙ leges instituuntur cum ꝓmulgātur. Et sic po test colligi talis diffinitio. Lex ē quedā ratōis ordinatio ad bonū cōe ab eo q̄ curaꝫ coītatis hꝫ ꝓmulgata. A. Con. Hosti. vt in sum. confes. libº. 2º. titu. 5º. q. 203. B.

¶ Sed qui sūt illi q̄ ita curā cōitatꝭ ha bēt ꝙ possint legē facē? Rº. ſm Hosti. Gnālē ↄstitutōeꝫ papa pōt facere in oī bus spūalib' ⁊ eccłiasticis: ex̄ eo. c. fi. Itē legatus in ꝓuincia sibi cōmissa: ex̄ de offi. le. c. fi. ex̄ de loca. ⁊ ↄduc. ex rescri pto. Itē synodus ꝓuicialis. 16. dis. ꝙ dr̄. Item synodus ep̄alis. 18. dis. c. p̄. ⁊ c. fi. Itē ep̄s in sua diocesi pōt ↄstitutōem facere: ex̄ de maio. ⁊ obe. si quis. ex̄ de loca. ⁊ ↄduc. vr̄a nobis. Itē capłm pōt sibi constitutōem facē: ex̄ eo. cuꝫ acces sissent. Silr̄ ⁊ vniuersitas cl̄icoꝝ ⁊ ma gistroꝝ: ex̄ eo. ex litteris. Itē i tꝑalibus gnālem legē pōt facere impator. C. de legi. l. 2. ⁊ l. fi. Nō tn̄ in spūalibus seu ec clesiasticis. Item p̄fect' p̄torio ⁊ oēs q̄ bus imperator hoc mādat. Itē ppłs ro man'. Itē senatus romanus. Oēs isti legē gnālē facē pn̄t. Itē ois ciuitas siue ppłs pōt sibi legē facere. Hec oia i In sti. de iure nāli. §. p̄. ⁊ 2º. Idem credo de quolibet collegio approbato: ex̄ eo. q̄ i eccłiaꝝ. ⁊ c. ex lr̄is. A. Idem in dicta. q. 203. Et additur ſꝫ Inno. in. c. vr̄a nobis

ex̄ de loca. ⁊ ꝯduc. vbi dicit ꝙ lꝫ eṗs cū
caplo suo possit statuta facē sup iuris
ditōe sua. sup aliis tñ nō potest nisi hi
quorū interest consentiant vl ad minꝰ
sint pñtes: de ꝯse. dis. 3. c. p̊. ⁊ ex̄ de his q̄
fiūt a p̄la. sine con. ca. c. pst. ⁊ finali. B.
¶ Sꝫ infra q̊d tp̄s incipit artare? R°.
ƀm Hosti. Constitutio gnālis icipit ar
tare post duos mēses a tpe publicatio
nis: vt in auc. vt fac. no. ꝯsti. in rubro et
nigro. A. coll. 5. B. Idem Ber. ⁊ Jo.
an. dicens sic. Cum istud sit iure ciuili
exp̄ssum ⁊ iuri canonico ꝯ̄trium non sit
cautū illud seruabimus: qm̄ etiā robo
ratum videt: ex̄ ne cle. vel mo. c. vlt. et
de sen. exco. nouerit. Et addit dicens. ni
si in ip̄a ꝯstitutōe aliud caueat. Et per
hoc soluūtur si q̄ inueniunt ꝯ̄tria. Infe
riorꝫ aūt constitutio ƀm eūdē Hosti.
vtputa caplorum ⁊ vniuersitatū in conti
nēti ligat facta ꝓmulgatōe: nisi forte
absentes ⁊ ignorātes: quibꝰ neqꝫ tp̄s
dabo neqꝫ limitabo: sed iudicꝭ arbitrio
reliquo: ar. extra qui ma. accu. pñt. c. fi.
A. Idē in dicta. q. 203. B.
¶ Utrum ignorātes excusentur ab obser
uantia legum ⁊ ꝯstitutōnꝫ? R°. Cōiter
loquēdo nō excusantur: nisi sicut p̄di
ctū est sup̄. ignorātia. §. 3°. tñ a sententi
is p̄latis p statuta ordinariorum excusā
tur ignorātes: qꝛ nō ligant illis: nisi eo
rꝫ ignorātia fuerit crassa aut supina:
ex̄. e. vt aiarū. li°. 6°. Et que sit crassa, seu
supina hētur s̄. ignorātia. §. fi.
¶ Utrum ꝯstitutio respiciat p̄teri a?
R°. Futura tm̄ respicit: nō p̄terita: ex̄
eo. cognoscentes. nisi in ea noiatiꝫ de p̄
teritis caueatur: ex̄ eo. c. fi.
¶ Utrum posterior ꝯstitutio tollat p̄orē
R°. Tollit etiā si de p̄ori nullam faciat
mētionē: ex̄ de cog. spi. c. p̊. licꝫ secus sit
i rescriptis: ex̄ de rescrip. ceterum. ⁊. c. ex
parte. Itē secus de cōsuetudine. A. s.
qꝛ ei nō derogat p nouā ꝯstitutōem pa
pe: nisi de ea fiat mētio: vt in loco alle
gato. B. s̄. consuetudo. §. 6°.
¶ Utrum leges humane obligent i foro
conscie? Rn° ƀm Tho. p̄ma scđe. q. 96.
Leges hūane si iuste sint hēnt viꝫ ob
ligatōis i foro conscie a lege eterna: a
qua deriuātur: ƀm illud ꝓuer. 8°. Per
me reges regnāt ⁊ legū ꝯditores iusta
decernūt. Dicunt aūt leges iuste. p̊ qui
dē ex fine. s. qñ ordinātur ad bonū com
mune. Itē secūdo ex auctoritate. s. qñ
lex lata nō excedit ptātem ferētis. Itē
tertio ex forma qñ. s. ƀm eq̄litatē ꝓpor
tionis imponūtur subditꝭ onera ad bo
nū cōe: ⁊ ƀm hoc leges hꝰmodi onera
iponētes iuste sunt ⁊ obligant in foro
cōscie: dis. 9. quicūqꝫ. Leges vero iniuste
non obligant: de quibus vide in se. §.
A. Idē in sū. con. eo. ti. q. 204. B.
¶ Que sūt leges iniuste? R° ƀꝫ Tho.
vbi s̄. Iniuste sūt. p̄mo quidē p ꝯtrari
etatē ad bonū humanū: ⁊ hoc triplicit
. s. cōtrariis modis nūc dictꝭ de legibus
iustis. Nā vno mō sunt iniuste ex fine:
sicut cū aliqs p̄sidēs leges iponit one
rosas subditis nō pertinentes ad vtili
tatē cōem: sed magis ad ꝓpriā cupidi
tatē vel glām. 2°. mō ex auctoritate. s.
cum aliquis legem fert vltra cōmissaꝫ
sibi ptātem. 3°. mō ex forma: puta cum
ineq̄lit onera multitudinis dispēsant
etiam si ordinētur ad bonum cōe. ⁊ ta
les magis sunt violētie q̄ꝫ leges. Unde
non obligant in foro conscie: nisi forte
ꝓpter vitādū scādalū. Itē iniuste sūt
per cōtrarietatē ad bonū diuū: sicut le
ges tyrānorꝫ iducentes ad idolatriā
vel ad qōlibet aliud quod est cōtra le
gem diuinam. ⁊ tales leges nullo mo
do licet obseruare.
¶ Sꝫ nūqd inter leges impiales que
nūc vigent sint aliq casus illiciti ⁊ ƀm
aiam nō seruādi? R°. Sūt. vt dr̄ dis. 10.
lege. Et p̄mo qdem i mr̄imoniis. Naꝫ
ƀm leges filiꝰ vnius germani copula
ri pōt p mr̄imoniū cū filia alteriꝰ ger
mani: vt Insti. de nuptꝭ. §. inter eos. C.
de nup. l. nemini. ⁊ ƀm deū tales debēt
penitus separari: ex̄ de ꝯsang. ⁊ affi. nō
debet. ⁊. 35. q. 3. ꝓgenieꝫ. 2° qꝛ ƀm leges
puella rapta non pōt contrahere mr̄i
monium cū suo raptore. C. de rap. vir.

q' vnica. Et idem erat olim ſm ãtiquos
canones: ſed hodie pōt: ex̄ de rap. c. fi. ꝛ
vide. ĩ. raptoꝛ. 2°. §. 2°. 3°. qꝛ ſm leges lici
tū eſt hōi ſoluto tenere mulierē ſolutā
in cōcubinā: vt in auc. quib' mo. na. ef
fi. ſui. §. ſi quis aūt. Sꝫ ſm deū etiā foꝛ
nicatio ſimplex moꝛtale pctm̄ eſt ꝛ ex
cludit a regno dei: vt dicit Apl's. i. Cor.
6°. 4°. qꝛ ſꝫ leges licitū eſt viro occidē
adulteꝝ vxoꝛis dep̄henſum in adulťio
ſi eſt pſona vilis: ꝛ cui nō ōbet reuerē
tia. ff. de adul. l. merito p̄ rnſo. ꝛ. l. ſi adul
teriū. ꝛ. C. de adul. l. Gracch'. ꝛ ſilr licet
patri qui hēt filiā in ptāte occidē adul
terū filie in domo filie. ꝛ ecōuerſo licet
patri occidē adulterā filii ꝛ generi: ꝛ oc
cidē filiā. ff. de adul. l. pať. ꝛ. l. nec in ea.
ꝛ. l. ꝙ ait. Silr ꝛ latronē ſiue pplatoꝛeꝫ
agroꝛum: vt ſup̄. homicidiū p̄. §. 6°. Sꝫ
ſm deum nihil eoꝝ licet ꝛ ꝓhibeť cum
p̄cipitur Exo. 20. Nō occides. 5°. qꝛ ſm
leges dānať qui cōpꝛehenſā in adulte
rio tenet vxōꝛē. C. ō adul. l. crimē. ꝛ. l. ca
ſtitati. Sed ſm deum ꝛ iura canonica
poteſt tenere ſine vlla pena: dūmodo
ipſa velit ab adulterio recedē. 32. q. 1. §.
ſubauditur. A. Al' incipit. hic ſubau
diendū. B. 6°. qꝛ ſm leges in multi ca
ſibus licitum ē vxoꝛē repudiare ꝛ ma
trimoniū rite cōtractū diſſoluē ꝛ maxi
me in caſu q notať di. 10. lege. ꝛ. 27. q. 2.
ſunt qui dicunt. A. In his capitulis
diciť de diſſolutione matrimonii etiaꝫ
ꝯſumati cauſa religionis qō ꝓhibetur
lꝫ leges pmiſerint. B. Sed hoc lex di
uina ꝓhibet: vt in eiſdē. c. diciť. 7°. qꝛ ſꝫ
leges mulier q̄ moꝛtuo marito nubit
infra tp̄s luct'. ſ. vni' āni infamis fit et
incurrit mltas penas. C. de ſcōis nup.
l. i. ꝛ. ꝛ. Sꝫ ſm deū vt apl's dicit: nubat
libere cui vult: ex̄ de ſcōis nup. c. fi. Et
vt nōt Inno. remittunť ei omnes ille
pene que ſunt tm̄ ad ipſi' penam. Se
cus ſi inde ꝓueniat aliquid ad alios.
A. Dn̄s An. de Bu. clarius hoc ponit
i dicto. c. fi. de ſcōis nup. dicēs ꝙ quedā
ſunt pene que fundātur ſup odio ſecū
darū nuptiaꝝ: vel feſtinatōe trāſitus.

ꝛ tales pene ſunt coꝛꝛecte: vt ſ. qꝛ con
trahere matrimonium non eſt odioſū
neqꝫ ꝓhibitum ſed ab aplo pmiſſum.
Quedam ſunt pene que fundanť ſup
fauoꝛe pꝛimi mr̄imōii. ꝛ iſte adhuc ho
die durāt: vt ſi mater cōſequiť aliquid
ab inteſtato: vl' ex teſtamēto alic' filio
ruꝫ p̄oꝛis mr̄imonii hꝫ ſolū vſufructū
ſuper eo dū viuit: remanēte ꝓpꝛietate
apud filios eiuſdē matrimōii ſi extāt:
qbus nō extātib' ꝯſequiť plenuꝫ ius:
vt. l. femine. §. fi. C. de ſcōis nup. Itē ꝙ
vir ſiue mulier nō poſſit in vita vl' p'
moꝛtē donare nouerce vel vitrico pl'
q̄ꝫ donauerit vnicuiqꝫ filioꝝ p̄oꝛis mr̄i
monii: vt. l. hac edictali. C. eo. Et idē in
multis ſilib' q̄ ponit dn̄s An. vbi ſup̄.
B. 8°. qꝛ ſm leges fili' ſpuri' nō ē alen
dus: ſed ſm deū ꝛ canones ꝯtra: vt ſup̄
fili'. §. 7°. A. qui incipit. Quid de ſpu
riis. B. 9°. qꝛ ſm leges heres ſi nō fe
cerit inuētarium teneť ad oia debita
defuncti. Sec' ſm deū: vt ſ. hereditas
§. 5°. x°. qꝛ cū in certis caſib' ſm leges
heres teneatur de maleficio defuncti:
ſecus ē ſm deū: vt ſ. hēditas. §. 4°. A.
qꝛ vt ibi pꝫ teneť ad oia debita defun
cti etiā ex maleficio inqꝫtū hereditas
ſufficit. B. xi°. qꝛ ſm leges id quod re
linquiť in vltima volūtate nō valꝫ ni
ſi hēat. 7. vl' 5. teſtes. C. de teſta. l. ſi vn'
ꝛ. l. fi. ſꝫ ſꝫ deū in relictis ad piaſ cās ſuf
ficiūt tres aut etiā duo teſtes: ex̄ de te
ſta. cū eſſes. ꝛ. c. relatū. A. De hoc ple
nius ſ. eccleſia p̄. §. 5°. in additiōe. B.
12°. qꝛ ſm leges ſi ꝓmitto aliqd nudo
pacto. A. i. ſimplici ꝓmiſſione ſin̄ alis
iuris ſolēnitate. B. nō teneoꝛ. qꝛ non
oꝛiť inde actio: vt. ff. de pac. l. iure gen
tiū. Contra eſt ſm deū ꝛ canones. quia
moꝛtalr̄ peccat recedēs a pacto: ex̄ de
pac. c. p̄. cū ſimilib' q̄ ibi notanť. Et vi
de. ĩ. ꝓmiſſio. Et idē ſi pꝛomitto vni re
cipiēti ꝓ alio. qꝛ ſm deū teneoꝛ. ſcōꝫ le
ges nō. A. Niſi ꝓmiſſio facta fuerit p
ſone exiſtēti ſub ptāte alteri': vt ſeruo
ſeu filiofa. vel ꝓcuratoꝛi ſeu negocio
rum geſtoꝛi. Per hos. n. bene acquiri

tur patri ꝛ dño: vt Insti. per quas pso. no. acquirit obli. ꝓ to. ꝛ. ff. ꝛ. C. de ꝓcur. ꝛ de negl. gestis. B .13°. q2 int emētes ꝛ vēdētes ꝯcedūt leges. A .Meli⁹ di ceret ꝑmittūt. Nullū. n. dolū leges ꝯce dunt. ff. de dolo. ꝑ totū. B .deceptōem ꝛc. Uide sup̄. emptio. §. 3°. 14°. q2 scdm leges non licet emere seu vēdere iura ꝛ actōes que quis habz ꝯ alium ꝓ mi nori p̄cio q̄z sit p̄ncipale debitum: alit non valet emptio: nec peti potest nisi vsq3 ad id quod solutum est: nec etiaz possunt talia iura pro parte vendi et pro parte donari. C. mandati. l. per di uersas. ꝛ. l. ab anastasio. Sed secunduz animam nihil ꝓhibet me emere iura cōtra aliquē ꝓ minori p̄cio q̄z sint ipsa iura: dum tamē non faciā hoc in frau dem vsure: sed ꝓpter interesse meum aut laborē qui forsitan erit i rehn̄do. seu q2 dubito ne debitor fugiat aut ad pauꝑtatē veniat. Uide hoc. ī. vsura. 3°. §. pst. A .Et ibi patet. ꝛ etiā in dictis. ll. ꝑ diuersas. ꝛ ab anastasio ꝙ hoc fuit statutum ad remouēdas lites ꝛ ꝓ cōi bono. Ideo non ē cā quare in ꝯsciētia non obligent. ꝛ sibi imputet q se intro mittit h⁹modi periculis ꝛ letigiis. B. 15°. q2 s̄m leges in longissimo tempore etiā possessor male fidei p̄scribit. Sec⁹ scdm deum ꝛ iura canonica: ext de reg. iur. possessor male fidei. li°. 6°. De h° vi de. ī. p̄scriptio. §. 5°. 16°. q2 s̄m leges ma leficia cogitatōis regularit nō puniun tur. ff. de penis. l. cogitatōis. sed tamen omnis cogitatio mala vel a deo vl per pniam punienda est. 33. q. 2. omnis. 17°. quia s̄m leges licz magi ꝛ venefici pu niantur: tñ qui hoc faciunt ꝯtra ībres ventos ꝛ grādines p̄miantur. C. ꝺ ma le. l. eoꝝ. sed scdm deū talia etiā sic face re grauissimū pctm̄ est: vt clare ꝓbat Tho scda scde. q. 94. A .Et bene. qa non sunt faciēda mala vt veniāt bona ad Ro. 3°. B .18°. q2 scdm leges licituz est in causa sanguis corrūpere accusa torē. ff. de p̄uari. l. fi. A .Ibi dicit in oi bus causis p̄ter q̄z in sanguie q delato rem corrūpit ꝓ victo hēt. ꝛ sic nō inui tur ꝙ hoc liceat: sed q2 tali pena nō pu nitur. B .Sz scdm deū nō licet: vt po nit Tho. scda scde. q. 96. Hec itaq3 sūt que notare potui que q̄ztum ad casus aie nō sunt scdm deū tenēda: lz sint cō cessa ꝑ leges. Alias vero iuris subtili tates ꝛ diuersitates iuris canonici ꝛ ci uilis iuristis relinquā. Porro de illis legib⁹ q̄ ꝑmittūt vsuras nihil dico. q2 oēs abrogate sunt etiā per leges: vt. ī. vsura p̊. §. 28. q incipit. Quid de legib⁹.

¶ Utrū i legib⁹ possit dispēsari? R° s̄m Tho. scda scde. q. 97. q Rectores multi tudinis dispēsare possunt in legib⁹ hu manis in aliqb⁹ casibus. A .s. in qbus dispensatio a iure ꝑmittit. Al sec⁹. cuz nemo possit venire contra legē supio ris. 19. di. nulli fas est. B .ita tamen ꝙ dispensatio nō cedat in nocumētuz bo ni cōis: sed poti⁹ ad illud ꝓficiat. Qui aūt sunt casus iuris canonici dispensa biles solū per papā: habes s̄. dispensa tio. §. 7°. 8°. ꝛ 9°. A .s. in. §. qui incipit. Di spensatio. cum sequētibus. B.

¶ Utrū in constitutionibus itelligant cōcessa quecunq3 non sūt ꝓhibita? R° scdm Hosti. Si constitutio promulga ta est affirmatiue omnia que contiet ꝛ ex eis sequētia vident cōcessa: nisi re periant ꝓhibita: puta concessum ē cō trahere mr̄imonium. ergo cuilibz ꝛ sꝑ nisi reperiat ꝓhibitū. Si vo ꝓmulga ta sint negatiue: omnia ex eis sequen tia intelligunt ꝓhibita nisi reperiant cōcessa: sicut ꝓhibet ne qs occidat. g° semꝑ ꝛ omnib⁹ ꝓhibetur nisi quando inuenitur concessum.

¶ Leges impiales imitāt canōes. Uñ dicūt sic. Nō ꝺdignātur sacre leges ca nones sacros imitari spālr i mr̄imōiis ꝛ vsur. in auc. vt clici apud ꝓp̄os epos coll. 6. ꝛ. 2. q. 6. §. H colligit. ext de no. opis nūc. intellexim⁹.

¶ In legis fraudē nihil agēdū. ff. ꝺ le. contra legem. q2 cum quid ꝓhibetur vna via intelligitur ꝓhiberi ꝛ alia: ext de reg. iur. cū quid. li°. 6°.

¶ Quid de códentib' leges iniquas?
R. Si leges inique sunt ↄtra liberta
tem ecclesie: tűc condétes ⁊ seruantes
sunt excõicati ipso facto: vt habes ex
tense sup. excõicatio p. §. 2. v. 8. Si vo
sint simpliciter contra aliqua dei ⁊ ec
clesie mandata: vtputa q̄ liceat facē
simonias vel alienare feudum pcipue
ecclesiasticū ⁊ huiusmõi: ipso iure non
valent. dis. 8. que contra. 32. q. 7. flagicia
ex de consti. que in ecclesiarum. Et facien
tes ⁊ seruantes peccant mortaliter: ex
de simo. cū in ecclesie. ⁊ c. non satis. Et
si qui dãnificati sunt occasione talis le
gis conditores ⁊ eorum heredes tenen
tur ad restitutionem. Illi etiam qui
induxerunt conditorem ad talez legez
faciendá tenentur insolidum. ⁊ silr oēs
seruantes tenentur ad restitutionem
oīuz eorum que taliū legū occasiõe lucra
ti sunt vel alios damnificauerunt. Et
eodez modo imo multo magis peccát
⁊ tenentur qui leges cõdũt directe con
tra deū: sicut de idolatria: vt h s. §. 8. ē
dictū. A. Hec etiá notátur i sū. cõ. lib.
2. ti. 5. q. 205. ſm Ray. ⁊ Hosti. Et vltra
pdictum casuz etiá in aliis irrogat ex
cõicatio ↄtra taliuz legū cõditores: pu
ta si cõderent legē super vsuris facien
dis vl non restituēdis: vt in cle. ex gra
ui. de vsuris. vel sup simonia cõmittē
da: cum in simonia hodie sit excõicatõ
papalis: vt pz p extrauagantem Euge
genii quarti. cū detestabile. ⁊ idē i mul
tis aliis casib' q pñt colligi sup. absolu
tio. pmo. § pmo. et excommunicatio
pmo. §. 2. cū sequētib'. B. Ad materiá
legis põt ptinē sup. ius. Leges audire
nõ licz quibusdá clericis sup. excõicatio
p. §. 2. v. 6. ⁊ ibidē. § 3. vsu. 14. Quõ pa
pa possit tollere leges: habet. i. papa. §.
antepłt.

Liuellarius cõtra
ctus. Cõtract' iste qui i qbus
dá socis dicit datio ad liuelluz est idez
qđ cõtractatus emphiteoticus. ⁊ ideo
de hoc vide supra. emphiteosis.

Libellus famosus
dicitur quãdo aliquis scribit
cedulam continētē iniuriá siue ifamiá
alteri': ⁊ piicit eam in loco vbi inueni
atur: ⁊ sic alius infamatur.
¶ Que pena cõficiētis libelluz famo
sum? R. Quadruplex est pena ſm q̄
q̄tuor modis põt agi de eo. Et pmo qui
dem si agat crimialiter etiá ſm leges
est pena capitis tam cõtra illū q fecit
q̄z contra illuz qui iuenit: nisi corrupe
rit vel nulli reuelauerit. C. eo. l. vnica. 5.
q. i. si quis famosū. A. Ibi trásumpta
est pars dicte legis vnice. vbi dicit. Si
qs libellū famosuz siue domi siue i pu
blico vl i quocūq3 loco ignar' repetit
aut corrūpat pusq3 alter inueniat: aut
nulli cõfiteatur inuētū. Si vo nõ stati
easdē cartulas vl rupēit vl igni ↄsum
pserit: sed vim earum manifestauerit sci
at se q̄i actorē huius delicti capitali sē
tentia subiugandū. Huiusmodi aūt li
bellus alteri' opionē nõ ledat. B. Et q
libet de populo accusare põt tales: qn
etiá accusatori cõstituit pcium p mõ
substantie accusate persone. vl si erat
ſuus pducit in libertatem. ff. de iniur.
l. lex. §. fi. ⁊. C. eo. l. vnica. 2° si agat ciui
lit. s. actiõe iiuriarum q̄ nõ publici iudicii
sz puati cõtinet querelá. C. de iniuri. in
iuriarum. Et sic puniet ſz iuramētū acto
ris ⁊ taxatõem iudicis: vt in Insti. de
iniuri. §. pena. 3. si agat ſm canones: ⁊
sic q famosum libellū cõficit flagella
tur ⁊ excõicat. 5. q. i. q in alteri'. ⁊. c. hi q
Et põt deponi cū sit graue crimē ⁊ dá
natõe dignissimū 25. di. §. nūc aūt. 4. i
foro pniali. qz tá isti q̄z alii detractores
tenētur ad restitutõez fame p moduz
q dict' ē sup. detractio. §. 4. ⁊ 5. A. Io
in sū. con. li. 2. ti. 5. q. 200. B.

Libertus est ille qui ex
seruo fact' est
tū uel tutoꝝ tacito uel expresso intra
uerit religionē: eū vlteri⁹ reuocare nō
posunt. ex̄ de regu. significatū. ⁊ ꝙ si i
pubes vnū tm̄ ꝑentē hēat: ille sol⁹ eū
offerre pōt: ⁊ si habeat tutores alios
q̄ꝫ parētes. tñ ꝑentes iuitis tutorib⁹
eū pn̄t offerre. Idē ēt credūt aliq ⁊ si
sit au⁹ q hēat filiū aut nepotē i ptāte
ꝙ pr̄ iuito auo eū posit offerre ⁊ non
eꝯ. q2 i his spūalib⁹ ius nāe ꝓfert po
sitiuo uel ciuili: ut i dctā. q. 30. B. Le
teꝝ ō voto solēnis ꝓfessiōis dicet̄ i se. c.
Utꝝ liceat aliqs se voto obligare ad
religionis igressū. R° sm Tho. vbi. s.

Unũ ⁊ idẽ opus voto factũ laudabili⁹
ē q̃ si sine voto fiat. ut dr̃. i. votuꝫ. ꝑ. §.
xi. q incipit. vtꝝ melius. Et iõ obligari
voto ad ingressũ religionis ꝫ se ē lau
dabile. A. Idẽ i sũ. li. 3. ti. 28. q. 6. Tñ
nisi hoc fiat cũ maturitate põt esse cã
discrimis. vñ ab iductione taliũ voto
rũ ⁊ silium ꝑ q̃ renũciet seculo ifra an
nũ ꝓbationis fratres mendicãtes oio
d̃bent abstinẽ. ut i. c. nõ solũ. ⁊. c. se. d̃ re
gu. li. 6. B

¶ Utrũ q vouit igredi religionẽ tene
atur. R. ꝫm Tho. vbi. s̃. votuꝫ ē ꝓmis
sio deo facta d̃ his q̃ ad deũ ꝑtinẽt. Ut
ãt dicit Greg⁹ in epl'a ad Bonifaciuꝫ.
Si int̃ hoies solẽt bone fidei cõtractus
nl'la rõne dissolui q̃to magis pollicita
tio quã qs cũ deo pepigit solui sine vi
dicta nõ poterit. Et iõ ad iplendũ illud
qd̃ homo vouit ex nccitate tenet̃. Uñ
glo. sup illud ꝑs. vouete ⁊ reddite. dicit
Uouere volenti cõsulit̃. sꝫ p⁹ voti pro
missionẽ redditio necessãio exigit̃. Te
net̃ g° qs ex nccitate iplẽ votũ dũmõ
sit aliqd qd̃ ad deũ ꝑtineat. Mãifestũ
ē ãt q igressus religiõis maxime ad d̃
um pertinet. q2 ꝑ h° hõ totalit̃ se mãci
pat dinis obsequiis. Uñ r̃lingt̃ q tene
tur ingredi. s. ꝫ q se obligare intendit
ita. s. q si se intendit absolute obligare
tenet̃ q̃ citi⁹ poterit legitio ipedimen
to cessante. Si aũt ad certũ tẽpus uel
sub certa ꝯditiõe. tenet̃ aduenietẽ tpe
⁊ ꝯditõe exñte. A. Idẽ i sũ. e. ti. q. 7. B

¶ Quid si illi nolũt eũ recipe. R. ꝫm
Tho. scd̃a scd̃e. q. 88. Si quidẽ intentõ
sua fuit se obligare ad religiõis ingres
sũ pricipalit̃. ⁊ ex ꝯñti elegit hanc reli
gionẽ uel hũc locũ q̃i sibi magis ꝯgru
entẽ. tenet̃ si ibi recipi nõ põt aliaꝫ reli
gionẽ itrare. Si ãt principalit̃ intendit
se obligar̃ ad hãc religionẽ uel ad hũc
locũ ꝓpt̃ spãlẽ ꝯplacentiã h⁹ religiõis
uel loci illius. nõ tenet̃ aliã religioneꝫ
intrare si illi nolũt eũ recipe. Eandem
sñiam ponit idẽ Tho. eo. li. q. vlt. A
Si ãt icidit i ipossibilitatem impiendi
votuꝫ ex propria culpa. tenet̃ facẽ qd̃
põt. ⁊ isuper pñiam agẽ de culpa ꝑteri
ta. Si autẽ dubitat quã intentionẽ ha
buit. dꝫ tutiorẽ viã eligere ꝫm eundeꝫ
Tho. ⁊ Pe. ut i sũ. li. ꝑ. ti. 8. q. 5. Et ad ꝑ
dicta facit qd̃ positũ ē s̃. religio. 2. §. 2.
in additione. B

¶ Utrũ ille q vouit vnã determiataꝫ
religionẽ intrare licite possit iduci ad
aliam. R. ꝫm Tho. secũda secunde. q.
vlt. Quia in maiori intelligit̃ min⁹. iõ
ille q obligat⁹ ē voto vel iuramẽto ad
ingressũ religionis minoris põt licite
induci ad hoc q ad maiorẽ religioneꝫ
trãseat. nisi sit aliqd spãle qd̃ ipediat.
puta ifirmitas uel ẽt spes maioris ꝓ
fectus i miori religione. Ille ṽo q obli
gat̃ voto ul' iuramento ad igressũ ma
ioris religionis non põt licite iduci ad
minorẽ religionem nisi ex aliqua eui
denti cã ⁊ cũ dispensatione superioris
Si tamen ingrediatur et profiteatur
vide infra religio. 5. §. 3.

¶ Utrũ ille qui vouit ingredi r̃ligionẽ
teneatur ibi perpetuo remanere. R.
scd̃ꝫ Tho. vbi s̃. Si vouẽs intendit se
obligare nõ solũ ad igressũ religionis
sꝫ ad ꝑpetuo r̃manẽdũ tenetur perpe
tuo remanere. Si ãt intẽdit se obligar̃
ad ingressum causa experiendi cũ lib̃
tate remanendi uel nõ remanẽdi. ma
nifestum est q remanere nõ tenet̃. Si
autem in vouendo de hoc nihil cogita
uit videtur obligari ad ingressum ꝫm
formam iuris cõis q̃ est ut ingredienti
bus detur ann⁹ probationis. vnde nõ
tenetur ibi perpetuo remanẽ. Si tñ ta
li itẽtõe itraret ut statiꝫ exiret. non vr̃
satisfactũ voto. q2 i vouẽdo hoc nõ in
tendebat. ⁊ iõ tenet̃ ut saltẽ velit expe
riri an ei expediat manẽ. A. Idẽ i sũ.
li. 3. ti. 28. q. 9. vbi ⁊ addit̃ ꝫm Inno. q
cũ quis in vouendo nõ distiguit cui re
gule se deuoueat. itelligit̃ se vouere re
gule illi⁹ i cuius manib⁹ facit ꝓmissi
onem. argu. c. q dei timorem. extra de
sta. monach. vbi etiam hoc notat In
nocen.

Religio iiii°. q̊ ad ꝓfessionē. Utrum
impuberes possint ꝓfessionē facere. ℞° s̄z Tho. scd̄a scd̄e. q. vlti. Profes
sio ē solēne votū qd̄ facit eē mōachū uel
religiosū. qd̄ qdē subdit ordiatōi eccl'ie
ꝓpt̄ solēnitatē quā h̄z ānexā. Et q2 ec
clesia respicit illd̄ qd̄ i plurib' ē. ꝓfessio
añ tp̄s pubtati facta q̄tūcūq3 aliquis
hēat vsū rōis plenū uel sit doli capax n̄
h̄z suū effectū ut faciat ꝓfitētē iā esse
religiosū. A. Idē in sū. li° 3° ti. 28. q. xi.
B. Adde h̄ quod dr̄ s̄. nouiti'. §. p̊. ꝛ 2°
¶ Que ē ꝓfessio exp̄ssa ꝛ q̄ tacita siue
p̄sūpta. ℞°. Professio exp̄ssa ē que fit
i manu abbatis siue p̄lati recipiētis eā
uel i manu ei' quem p̄lat' ad h° mittit
ex̄ de regu. ꝛ trāse. ad apl'icam. Tacita
ꝟo fit ꝑ susceptionē habit' ꝓfessoꝝ.
Itē si māifeste ōndit q̄ velit vitā mu
tare. Itē si gestat habitū etiā nouitio
rū ꝑ ānū vbi nō ē distinct' i colore uel
scissura. vid̄ hoc s̄. nouiti'. §. 4°. A. Et
de hoc dictū ē clarius s̄. religio 2°. §. 2°.
cum additionibus. B. Si autem pro
fessio fiat infra annum vide ibidē. §. 5°.
¶ Utrū ille qui fecit ꝓfessionē tacitā
teneat ad oēs obseruantias regulares
℞° s̄z Tho. i 4°. dis. 38. In oi casu tene
tur ad tria vota religionis p̄ncipalia.
sed ad alias obseruātias quaꝝ trāsgres
sio ex dissimlatōe p̄latoꝝ iducit. q duꝫ
vidētes nō corrigūt idulgē vident. non
vr̄ obligari p̄cipue si sit simplex q ta
lia discernē sufficiēt nesciat. Cō. Al. A.
hec vidētur vera q̊ ad illa q̄ p̄lat' pōt
dispēsare. Al' vr̄ obligari q̊ ad oēs regu
lares obseruantias. ut s̄. religio 2°. §. fi.
cū additionibus. B.

Religio v°. q̊ ad transitū ad aliā. Utrum
liceat transire de vna religiōe
ad aliam. ℞° s̄m Tho. scd̄a scd̄e. q. vlti.
Transire de vna religione ad aliā nisi
propter magnam vtilitatē uel nccitatē
nō ē laudabile. tū q2 ex h° plerūq3
scādalizant illi qui relinquūt. tū etiā
q2 facili' aliqs ꝓficit in religiōe quā
ꝯsueuit q̄3 i illa quā nō cōsueuit ceteris
paribus. Unde i collationib' patꝝ Ab
bas Nestori' dicit vnicuiq3 vtile q̄ s̄z
ꝓpositū qd̄ elegit sūmo studio ac dili
gentia ad opis incepti ꝑfectionē ꝑue
nire festiet. ꝛ nequaq3 a sua quā semel
elegit ꝓfessione discedat. Et postea rō
nē assignās dicit. Impossibile nāq3 est
vnū eūdēq3 hōiez simul vniuersis ꝟtu
tib' fulciri. q̄s si qs voluerit sil' attēta
re in id eum incidere necesse ē. ut dum
oēm seqtur nullā itegre consequat. Di
uerse eni religiōes preeminēt s̄z diuer
sa virtutū opa. Pōt tam̄ aliqs de vna
religione laudabiliter trāsire ad aliā
triplici ex cā. p̊ quidē ex zelo ꝑfectioris
religiōis i q̄ nō attēdit excellētia s̄z so
lā artitudinē vite. s3 pricipal'r s̄z illud
ad qd̄ religio ordinat ꝛ ꝯsequēt s̄z dis
cretionē obseruantiaꝝ fini ꝓportiona
tarū. ut s̄. religio. p̊. §. 4°. Et i hoc casu
ꝓpter hūilitatē d3 qs petere licētiā. q̄
tam̄ ei negari nō pōt dūmō cōstet reli
gionē illā artiorē eē. Si ꝟo de hoc ꝓba
bil'r dubitet. est i hac supioris iudiciū
regrendū. ex̄ de regu. ꝛ trāse. licet. Qd̄
si nō petita licētia trāsiuit nō pōt repe
ti s̄m Guil. A. Hoc verū si trāsiuit in
casu licito licet nō seruato mō. Sec' si
i casu illicito. q2 tūc posset repeti. ar. c.
fi. ex̄ de regu. B. maxie si ꝓfessionē i
hac scd̄a regula fecit. 2° ꝓpt̄ declinatō
nē religionis a debita ꝓfessione. puta
si i aliqua religiōe artiori icipiant ipi
remissius viuē. laudabilit̄ trāsit aliqs
ad religionē ēt mitiorē si meli' obserue
tur. Et i h° casu ēt reqrit supioris iudi
ciū. 3° ꝟo ꝓpt̄ ifirmitatē uel debilitatē
ex q̄ interdū ꝓuenit q̄ nō pōt aliqs ar
tioris religionis statuta seruare q pos
set statuta seruare latioris. Et in hoc
casu dispensatō est necessaria. A. Idē
in sum. eo. ti. q. 15. B.
¶ Utrū religiosus sēꝑ possit transire
ad artiorez religionem. ℞° s̄m Inno.
Etiā si constet eā eē artiorē tam̄ nō po
terit trāsire si ex suo trāsitu p̄or r̄ligio
incurrat grauē iacturā uel infamiam.

ar.ex̄ de regu.⁊ trāſe.l3.xi.q.3.ſi qs ꝟo'.
Nam ⁊ ipſe non debet eſſe cā ſcādali.
ex̄ de renū.niſi cū ꝓdē.Sȝ cōeȝ vtilita
tē q̄ ē ut nō fiat iactura illi ꝯgregatōni
debet ꝑferre ꝓuate q̄ ē ut ſit in artiori
religiōe. A .Jdē in dicta.q.15. B .Ab
bas q̄cꝫ q imediate ſubeſt pape nō po
teſt tranſire ſine licētia pape.ex̄ de cō
ſue.cū venēabil. A .Con.Albri. B

¶ Utrū q iā ꝓfeſſus ē i latiori teneat
ad votū qd̄ fecerat de artiori. R° Re
manere pōt in latiori.q2 ꝑ ſcōm votū
ſolēne derogatum eſt ꝑ quod fuit ſim
plex.tn̄ ꝓ voto p̊ nō cōpleto erit ei pe
nitentia iponēda.ex̄ de regu.⁊ trāſe.c.
qui poſt votum.li° 6°

¶ Pone ꝙ aliqs regular ipetrauit li
cētiā trāſeūdi ad artiorē religionē p⁹
ea penitet eū.nūqd ꝑmi tenent eū re
cipere. R° ſm Guil.Si nō iuenit artio
rē religionē vbi rcipiat: uel ſi nō pote
rat ſuſtinē auſteritatem illi⁹ ⁊ reuerti
vult an̄ factā ꝓfeſſionē:nō pōt repelli
ꝑtextu ꝑoris licentie uel renūciatiōis
cū facta fuerit ex cā.ſ.ut trāſiret ad ar
tiorē religionē ⁊ cauſa ſecuta non ſit.
Sec⁹ ſi ꝓfeſſionē fecerit in ſecūda. A
Con.Albri. B

¶ Quid ſi abbas ⁊ cōuent⁹ licētiaue
rit aliquē ſimplicit ⁊ ipē renūciat ſim
plicit non ex aliq̄ cā niſi forte ex odio?
R° ſm Guil.Nō ualet licētia.q2 hoc ē
dare licētiā vagādi.Tam̄ ſȝ Augl.rpel
li pt q nō vult ferre penā ꝺ culpa quā
forte ꝯmiſit A .Con.Albri. B

¶ Utꝝ bona q̄ mōach⁹ ꝯtulit ſuo mo
naſterio ſequant eū ſi trāſeat ad ſecū
dum monaſteriū. R° ſȝ Hoſt. Si exe
at ante ꝓfeſſionē non ē dubiū ꝙ cum
rebus ſuis pōt exire.ex̄ ꝺ regu.⁊ trāſe.
ſtatuim⁹.Jntellige niſi ea abſolute et
irreuocabilit donaſſet.Sȝ ſi poſt ꝓfeſ
ſionē ⁊ ſine licētia trāſit ad aliud mōa
ſteriū res ſue ꝑmo monaſterio rema
nēt.⁊ q ipſuȝ recipit iputet ſibi.Si ꝟo
cū licētia uel ēt iuitus ex aliqua cā va
dat ad ſecundū monaſteriū: tunc vſu
fruct⁹ rerū quas cōtulit debet ſecūdo
monaſterio q̄diu vixerit ne ei exiſtat
onerоſus.Sic intellige.16.q.6.cognoui
mus. A Poti⁹.c.de lapſis. B .Et.17
.q.i.ſi qs rapuerit. A .Jdē in ſū.eo.ti.
.q.25.ſm Hoſti.q etiaȝ addit.Si vero
ſit ſecularis q religt conſortiū ſpūale
ſeu religionē uel eccleſiā.idiſticte bōa
ſua recuperat:ut ꝑte inuit ex̄ de cle.
ꝯiuga.ꝙ a te i fi.Et ſubdit.Uel dic ad
ſaluādas opiones maiorꝫ ꝙ bona ip
ſū tacite ſequūt.Si aūt expſſe ꝯtulit
ſe ⁊ ſua ⁊ eſt pauꝑ q nō hȝ vnde uiuat
tunc de benignitate canōica ſine ꝯdic
tiōe cuiuſcūcꝫ bona recuꝑat.ar.86.diſ.
non ſatis.17.q.4.qcūcꝫ. Si alias ſuſtē
tari pōt non recuꝑat.ſicut nec ſi dediſ
ſet ſine ſe.17.q.4.ſunt q opes. Et h° ni
ſi grā fiat uel niſi aliq̄ cōditio appoſi
ta fuiſſet.ex̄ de ꝯdi.appo.verū. Et ſub
dit i dicta.q.26.Poſſūt hec itelligi qn̄
aliqs igredit eccleſiā ſecularē tāq̄ cō
uerſus.Nā ſi tāq̄ canonic⁹ non ſeqrēt
ipſū bona tacite. Et ſic etiā tenet ꝯſue
tudo. B

¶ Religioſi mendicātes ſi trāſeūt ad
ordines nō mendicātiū etiā de licētia
pape nō hn̄t vocē uel locū in capitulo
etiā ſi ab aliis eis cōcedat:nec poſſūt
hr̄e ꝑoratū:nec aliquā admiſtratiōeȝ
uel qcūcꝫ officia etiā ānua:nec tāq̄ vi
carii uel miniſtri uel loca eoꝝ tenētes
nec pn̄t qd̄cūcꝫ aiaꝝ regimē exercet.
A .nec ꝓ ſe nec ꝓ aliis.Et qcqd cōtra
rium attentatū fuerit eſt irrituȝ ipſo
iure quouis priuilegio non obſtāte.vt
in tex.qui ſequit. B .Ex̄ ꝺ regu.⁊ trā
ſe.ut ꝓfeſſores.i cle.ſicut ⁊ tactum eſt
ꝭ.electio.ꝑ.§.27.qui incipit. Quis non
poteſt.

Reliquie et corpo

ra ſanctoꝝ.Antique reliquie
nō debēt ex̄ capſam oſtēdi nec exponi
venales.Jnuentas ꝟo de nouo nemo
dēt publice venerari niſi auctoritate
Romani pontificis fuerit approbate
⁊ ꝑlati nō ꝑmittant ꝙ illi q accēdūt
ad eoꝝ eccleſias cā venēatōis ꝺcipiāt

falsis ficmẽtꝭ. ſicut qñqꝫ occaſiõe q̃ſt⁹
fieri ↄſueuit. Habẽtur hec ex̃ eo. cum
ex eo. ꝛ de ↄſe. diſ. i placuit. Et nota ꝙ
religas emẽ ul' vẽdẽ ſm Ray. A. Po
ti⁹. ſm glo. ei⁹. ut i loco de q̊ ſtati. B
ꝛ Goff. ſimoniacũ ẽ. A. Idẽ quod hic
notaꝛ i ſũ. li°. 7. ti. 14. q. 22. B
¶ Utrũ ſanctoꝝ relige poſſint furtiue
ſubtrahi ut honorabil:⁹ reponant. R°
ſm Guil'. Nõ. Nã ſacrilegũ ẽ q̃tiẽs au
ferꝛ ſacrũ de ſacro. A. ſ. etiã nõ ſacrũ.
ut i. c. de q̊ ſtati. B. 27. q. 4. quiſquis.
A. Con. Ul. ut in ſum. eo. ti. q. 23. B
¶ Cui⁹ auctoritate reliquie ſeu corpa
ſanctoꝝ de loco ad locũ ſũt trãſferẽda.
R°. Nõ ſũt trãſferenda ſine ↄſilio pri
cipiſ. ſ. pape uel ſine licẽtia epoꝝ ꝛ ſan
cte ſynodi. de conſe. diſ. i. corpa. A. Al'
incipit de loco. B. Et hoc ſicut notaꝛ
ibi veꝝ ẽ cũ corp⁹ traditũ ẽ ſepulture
ꝑpetue. C. de reli. l. vltꝭ. niſi neceſſitaſ
imieat. ꝛ tũc ſufficit auctoritaſ p̃ſidiſ
prouĩcie. C. de reli. l. i. Si ãt non ẽ tradi
tũ ꝑpetue ſepulture: bñ pñt tranſfer
ri ſine alicui⁹ auctoritatę. C. de reli. ſed
necdũ. Et nota ꝙ preallegate legeſ de
oib⁹ corꝑib⁹ loq uidenꝛ. A. Et ita eſt
ꝟitas. qꝛ loquũꝛ dicte leges de oibus
corꝑib⁹ gnãliꝛ. Et idẽ quod i h°. §. nota
tur i ſũ. eo. ti. q. 24. De iſtiſ etiam reli
quiiſ tactum eſt ſupra canõizatio. B
¶ Utrũ liceat portare religaſ ad collũ
R° ſm Tho. ſecũda ſecũde. q. 96. Eadẽ
rõ ẽ ſicut de ꝟbiſ ſcriptꝭ. qꝛ ſi portenꝛ
ex fiducia dei ꝛ ſanctoꝝ q̊ꝝ ſũt r̃lige ñ
erit illicitũ. Si aũt circa hoc attẽdereꝛ
ad aliqõ vanũ puta ꝙ uas eẽt triãgu
lare ꝛ h⁹mõi quod nõ pertinet ad reue
rentiam dei ꝛ ſanctorum eẽt ſuperſti
tioſum ꝛ illicitum. De uerb autẽ ſcrip
tis habeſ. i. ſortilegiũ. 2° §. 3°.

Renunciatio p°. cõiter

quid ſit. R°. Renunciatio eſt
iurꝭ proprii ſpontanea refutatio. Nã
iuri alieno renunciari non põt. Itẽ ſi
renunciatio non eſſet ſpontãea ſed co
acta non obeẽt repetere uolenti. extra
eo. ſuper hoc. A. Hoc fuit dictũ Ho
ſti. ut patet in ſũ. li°. 3°. ti. 26. q. 23. B
¶ Ex quibus cauſis petenda uel admit
tẽda ſit renunciatio epat⁹. R°. Due ſꝛ
cãe probabiles ſiue apparentes. ſꝫ ñ ſꝛ
ſufficientes. Prima ẽ ꝓpꝛ frugẽ meli
oris vite. i. religionis. Scða ẽ cã ꝓprie
hũilitatis. He due cãe nõ fuerũt acce
ptate. ex̃ de renũ. niſi cũ pridem i p̊n°.
Sũt alie cãe ſufficiẽtes ſex. ut ibi dici
tur. Pria ẽ ↄſcia crimis. ſ. talis ꝑ qõ ip
ſius officii executio ẽt p⁹ peractã peni
tentiã ipediꝛ. Secũda ẽ debilitas cor
poris ex infirmitate uel ſenectute. ſ. ꝑ
quã ipotẽs reddereꝛ ad exequẽdũ of
ficiũ paſtorale. Tertia ẽ defect⁹ ſciẽtie
Quãqꝫ ãt õſiderãda ſit eminẽs ſcia in
paſtore. eſt tñ ↄpetẽſ toleranda. Quar
ta ẽ malitia pleb. nõ ꝙ pro qualibꝫ cl'
pa debeat gregẽ deſerẽ ne mercenãio
cõparetur qui videt lupũ venientẽ ꝛ
dimittit oues ꝛ fugit. Sed de ſuperio
ris licentia tũc demũ põt ñ tã timide
fugẽ q̃ꝫ ꝓuide decliare cũ oues ↄuertũ
tur in lupoſ. ꝛ q debuerãt hũiliꝛ obedi
re iã irreuocabiliꝛ ↄ̃dicũt. Quita ẽ g̃ue
ſcandalũ: cũ aliꝛ ſedari nõ põt licitũ ẽ
epo petẽ ceſſionẽ ne plus tꝑalẽ hono
rem q̃ꝫ eternã videaꝛ affectare ſalutẽ
Sed de hoc vide. i. ſcandalũ. Sexta ẽ
ꝑſone irregularitas. ut puta ſi ſit biga
mus aliq̊ mõ de qb⁹ s̃. bigamia. Nõ tñ
ꝓpꝛ quãlibꝫ irregularitatẽ dꝫ ei dari
licẽtia. ut ſi nõ ſit nat⁹ de legitio mr̃i
monio ſi ẽ occultũ ꝛ ille laudabiliꝛ ſu
um ipleat officiũ. A. Dũmõ ñ ſit na
tus de adultio uel de ſcorto. Nã tales
oio remouẽtur. ut i dcõ. c. niſi. ꝛ ibi glo.
B. Si ꝟo ꝓpꝛ alias cauſas petat epſ
licentiã renũciãdi nõ dꝫ ↄcedi. ut i dcõ
c. niſi cũ pridẽ. A. predicta ẽt notanꝛ
in ſũ. eo. ti. q. 34. B
¶ Quis effectus renunciatõiſ. R°. Effe
ctus ẽ ut q renũciauit ad id cui renun
ciauit regreſſũ nõ hẽat niſi ex nouo iu
re cõceſſo uel antiquo reſtituto. ex̃ eo.
cũ inter ꝛ. c. ex trãſmiſſa. ꝛ. c. cũ i preſẽ
tia ꝛ. c. ſane. Et q ſel' renũciauit epatui

ꝓpter cõſcientiã crimĩs ãmodo nõ po
terit eligi nec poſtulari. Secus ſi ꝓpt
malitiã plebis.ex̃.eo.pˀ tranſlationez
Renunciãti ãt eſt cõpetens ꝓuiſio fa
ciẽda ne in vituperiũ miſteriũ õfectũ
i tp̃alibˀ ꝓpatiaꝛ.ex̃.e.ad ſupplicatõez
Jn qua prouiſione dignitatis ⁊ ſcie rõ
habẽda ẽ.ex̃ de p̃bẽ.õ multa ad fi. Si
militer ⁊ quantitatis reddituũ bñficii
cui reſignat.ex̃ de vita ⁊ hone.cle. qm̃
⁊ de p̃ben.niſi eſſẽt.12.q.2.bone rei.ex̃
de dona.apl̃ice.§.plt.⁊ vlt. A .Jdẽ in
ſũ.eo.ti.q.35.ſm ˀHoſtien. B

R Enũciatio 2ᵒ. Qua
liter
debet fieri renunciatio officii
uel bñficii eccleſiaſtici. R̸ᵒ. Debʒ eſſe
voluntaria. Nã iuitˀ nõ cõpelliꝛ renũ
ciare.7.q.1.q̃uis.ex̃ qđ me.cau.ad au
dientiã. Jtẽ debʒ fieri pure ⁊ abſolute
ex̃ de offi.dele.ex ꝑte. Nã ſiqs renũci
et alicui bñficio ſeu rei ſpũali aliq̊ da
to uel ꝓmiſſo ſimonia eſſet. A .Naz
ſꝑ ſimonia cõmittiꝛ niſi renũciatio pu
re fiat ſm ˀHoſtiẽ.⁊ in ſũ.liᵒ.3ᵒ.ti.26.q.
32 vbi hec notãꝛ ſm eundẽ. B .Qđ ſi
nõ procedat datio uel ꝓmiſſio ſʒ ſolũ
intentio eſſet ſimonia mentalis q̃ per
pniam aboleꝛ.ex̃ de ſimo.mãdato. vi
de.ĩ.ſimõia.2ᵒ §.4ᵒ. A .Jbi parũ de hᵒ
vr̃ dici. B .Jtẽ dʒ fieri cõueniẽꝛ i ſcri
ptis.7.q.1.§.ecce.⁊ c.q̃liꝛ. A ˀAllegata
iura loquũꝛ i renunciatione ep̃atˀque
dʒ fieri i ſcriptꝫ. Forte i aliis ſcriptura
nõ ẽ neceſſaria. Et hᵒ vr̃ inui i dcã.q.32.
B .Et debet fieri i mãu illiˀ a q̊ habe
tur inſtitutio uel cõfirmatio.extra.eo.
admonet. Fallit tñ i ep̃o q non põt re
nunciaꝛ niſi i manu pape. extra.eo.ni
ſi cũ p̃dẽ i fi. Silr̃ nec electˀ ep̃s poſtq̃
fuerit cõfirmatˀ.extra õ trãſla.inꝛ cor
poralia. Nec itruſus.ut.ĩ.§.plt. A .Si
miliꝛ ⁊ abbas imediate ꝑtinẽs ad Ro
manã eccl̃iaʒ nõ põt r̃nũciare ſine licẽ
tia ſedis apl̃ice ſpãli ſm ˀRay. Qui ẽt
addit ꝙ ſi al̃r renũciatõ fiat tenet i pre
iudiciũ renũciãtis: ſʒ nõ in p̃iudiciũ ec
cleſie uel p̃lati in cuius manu debuit
renũciare. Jtẽ dicit ꝙ põt qs ſimplici
bñficio renũciare ſicut vult. Et glo.eiˀ
diꝛ ꝙ hᵒ põt ad minˀ de ɔſuetudĩe. Sʒ
p̃us dictũ ẽ magꝫ regulare.ſ. ꝙ fiat in
manu eiˀ cuiˀ ẽ iſtituẽ.ut i ſũ.e.ti.q.33.
vbi ẽt addiꝛ ſm ˀHoſti. ꝙ cũ renũciaꝛ
alicui iuri renũciatio facienda ẽ aduer
ſario uel ſeruo publico ſeu alteri reci
pienti nõie aduerſarii. B

¶ Quõ renũciaꝛ iuri ſcripto. R̸ᵒ. Tal̃
renunciatio ex certa ſcia facienda eſt.
Jdeoq̃ ſi talis renũciãs ius ignorat ẽ
ei notificandũ. ar.in Autẽ.quõ oportʒ
ep̃os.§.igitur ordinãdus.coll.1. Nec.n.
põt qs renũciare ei qđ ignorat. ff. de i
offi.teſtato.l.ſi mater. A .Jdẽ in dcã
q.32.ſm ˀHoſti. B

¶ Quõ qs renunciat iuri expreſſe.⁊ q̊
mõ tacite. R̸ᵒ. Exp̃ſſe cũ diꝛ. Quietuz
clamo ius tale: uel ſil̃ia. ex̃ de deci. ex
multiplici. A .ˀHoc verũ qñ qs renũ
ciat qđ ſibi debeꝛ.ut pʒ i tex.allegato.
B .Tacite ꝓo cũ facit cõpoſitionẽ. A
.ſ.ſuꝑ iure qđ ſibi cõpetebat. Nã cõpo
nendo videꝛ iuri ſuo renunciare ſʒ for
mã cõpoſitionis ut i.c.õ q̊ ſtati. B .ex̃
de elec.cum iter.p̊. Jtẽ tacite renũciat
faciẽdo ɔ̃.ut exhibẽdo honorẽ illi cuiˀ
electõi ɔ̃dixerat.extra de his q̃ fi.a ma
ꝑte.ca.ex ore. Silr̃ r̃cipiẽdo aliqd ex te
ſtamento qđ ipugnabat.ff.de inoff.te
ſta.ſi ꝓpõas.extra de ſẽ.⁊ re iudi.quod
ad ɔſultation ẽ. Uel ſi petẽtis legatuz
aduocatus vel ꝓcurator fuit.ff.de iof
fi.teſta.l.fi. A .Jdẽ i dcã.q.32. B

¶ Utrũ clericˀ q ipetrauit bñficiũ ſi
ſubiiciat ſe miſericordie canõicoꝝ itel
ligaꝛ renũciaſſe. R̸ᵒ. Nõ extra.eo.veni
enſ. Quin ẽt ſi reddat eis lr̃as ſuas ⁊ ip
ſi ſint imiſericordes dʒ talis officio iu
dicis reſtitui.extra.eo.ſane. Nã decep
tis ⁊ nõ decipientibˀ iura ſubueñũt ex
tra de reꝝ ꝑmu.cũ vniuerſoꝝ. Sʒ ſi re
nunciet lr̃is ꝓ certa pẽſiõe priuaꝛ pẽſi
one ⁊ lr̃is.ex̃ de reſcrip.ad audiẽtiã. A
Lõ.Albri. ⁊ faꝛ qđ nõ.i ſũ.e.ti.q.30. B

¶ Pone ꝙ ep̃s nõ bñ intrauit ſed ꝑ ſi
moniã ⁊ hˀmõi.quõ renũciabit inſtan

te morte. R. s'm Hosti. Renunciabit mēte & i manu archiepi si pōt. al' i manu simplicis sacerdotis sub hac cōditione. si pape placuerit. & si cōualuerit vadat cōtinuo pōt ad eū & petat ei. ar. extra de sen. exco. ñ dubiū. & c. ea noscit. §. fi. Sz & caueat ne morā pstet / & fructus sibi appropet sz fidelit custodiat uel in vtilitatē ecclie expediat. ar. extra. de offi. or. cum vos. & de offi. or. c. pñti. li. 6°. Al' ad rstitutionē oiuz tenet. extra de pbē. dilecto. §. fi. Tñ tal' s'm Hostiē. de licentia pprii cōfessoris quē sibi pōt eligē. A. Hoc vr vz si legitie fuerit ordinatus. al' cū ab initō ñ habuerit executionē sui ordis non videt q possit sibi eligē cōfessorē tāq eps. ar. l. nō dubium. C. de legi. B. Poterit vite necessaria stricte recipe. ar. 86. dis. non satis & c. pasce. Talis ēt si titulū nō habeat tñ possessionē quā de facto hēt nō dēt dimittē sine licentia pape. sed a fructibus dēt abstinē. extra. e. p' trāslationē §. 3°. A. Cō. Inno. q & addit. Et idē in oibus suspēsis siue ab hoie siue a iure dici pōt. ut i sū. e. ti. q. 33. ad fi. B

¶ Utrū qs possit renūciare p aliū. R° s'm Host. Pōt p aliū hñtē spāle mādatū. extra de offi. dele. cuz I oli. §. qz vero Idē videt si hēt gnālē admistrationē. ff. de pcu. l. cui. libera. A. Immo incipit pcurator vbi dr. Procurator cui libera gnālit admistratio rerū cōmissa ē potest exigere. nouare. aliud p alio pmutare. B. Secus si tm gnāl' pcurator esset extra de pbē. dilecto. p. rñso. et de reli. do. c. pl't. A. Meli' vr facere. l. mādato. ff. de pcura. Et idē qd in h°. § notat i sū. eo. ti. q. 31. ad fi. B. Et an talis procurator reuocari possit. vide. i. i se. c. §. fi.

Renunciatōz.

Quis potest renunciare. R° s'm Hostien. Renunciare pōt is ad quē illud quod renunciatur pertinet. extra de regul. ad apostolicā & c. statuim'. A. Idē in sum. li° 3° ti. 26. q. 31. B

¶ Utrz papa possit renūciare. R°. Potest libere resignare & maxie cū se isufficientē agnoscit ad regēdū vniuersalē ecclesiā. extra. eo. qm li°. 6°.

¶ Utrū clericus possit renūciare foro suo. R°. Renunciatio facienda ē auctoritate illoz qz iterest. extra de offi. archi. ad hoc. §. fi. Ideo clericus nō pōt renunciare foro suo sine consensu epi. qz ex h° piudicaret ipsi epo. extra de foro cōpe. significasti. aliogn glibet cleric' de vno epatu posset sibi cōstituē iudicē i alio epatu. ff. de iudi. l. i. Et de h° vide s. iudex. p. §. 2°. Eadē rōne ñ pōt cleric' renunciare priuilegio illi. 17. q. 4. si qs suadēte. Nā & si actionē iiuriarū rmittere possit qtū ad ppriā psonā. 23. q. 4. si is. iiuriā tñ ecclesie siue collegii sui i psona sua illatā remittē nō pōt. extra de sen. exco. cū desideres. §. fi. A. cōiūcto. c. contingit. p. eo. ti. B

¶ Que pena si clericus ita renunciet foro suo q rñdeat corā iudice seclari. R°. Si cā ciuilis sit cadit a cā. alioqui suū locū amittit. extra de fo. cōpe. si diligenti. A. Ibi dr. Et si p eis lata sit sētētia locū suū amittāt & h° in crimiali actiōe. In ciuili vo pdāt qd euicerint si locū suū maluerit obtinē. B. In crimiali vo locū amittit. & si ñ hēt locū siue dignitatē pōt alr extraordiarie puniri. Et sic patet q pōt tacite rnūciare qtū ad dānū suū. xi. q. 3. placuit. Sz & multo magis puiēd' ē si expsse cōsētiat & respondeat. Si vo trahat ad iudicē sclarē vide s. iudex. p. §. pl't. A. cōiūctis additionibus. Et idem qd in hoc. §. notatur in sum. eo. ti q. 25. secundū Hosti. B

¶ Qñ aliqs expectat pmā pbendam proxime vacaturaz in aliqua ecclesia si alius obtinens prebendā tenuē fraudulenter renunciet ut expectanti precludatur via ad pinguiorem q sperat vacare. nō ipedit primū expectantez. Et si prebenda pinguis postea vacās conferat isti qui renūciauit puat ipse vtraq extra. eo. si te. li°. 6°. A. Ibi dr q de dicta fraude dēt saltē p aliquas

ꝓbabiles ꝯiecturas appeꝛ.ut qꝛ dicte renũciationis tp̱e is q̄ p̄bēdā ul' digni tatē piguiorē hēbat īfirmitate graui detinebaꝛ uel aliq̄d aliud īminebat ꝓ pter qđ illi' p̄benda uel dignitas va care ī ꝓxio ꝓbabiliꝛ credebaꝛ. Et sub ditur. Ceteꝝ si p̄dicto renũciāti h'mōi p̄benda uel dignitas forsitan piguior ꝯferaꝛ eo ip̄o dicta fraus itelligaꝛ eē ꝓbata ⁊ idē renũciās oīo careat habi ta ⁊ ābita. B

¶ Utrũ renũciās possit penitē. R° ſ̄z Hosti. Si q̄s mittat nũciũ ad sup̱iorē ut cedat penitē pōt q̄diu res ē itegra ex̄.eo.lecte. Sec' si nō est itegra. ex̄ de elec.in causis.§.vlti. A. Idē ī sũ.e.ti.q.31. Et videꝛ q̄ res non sit itegra qñ superiori exposita renunciatiōe cepit cogitare super acceptatione.ar.dicti.§ vlti. B. Sꝫ ⁊ si talē ꝓcuratorē igno rantē. A. s.cōstitutũ ad renũciādũ.ut pꝫ in tex.allegato. B. reuocauerit te nebit nihilomin' cessio facta an̄q̄ reuo catō p̱ueniat ad eũ: nisi malitiose fue rit factũ qn p̱uenerit ad eũ.ut ī cle.cũ illusio.ex̄ de renũ. A. ibi dꝛ. Siq̄s ad cedendũ pontificali uel alii cuilibꝫ di gnitati uel bñficio procuratorē spōte ac libere cōstituerit ⁊ ipsũ ignorātem postmodũ duxerit quōlibꝫ reuocāduꝫ teneat cessio facta p̱ eũ an̄q̄ ad ipsius uel illi' ī cui' mānib' cessio fuerat faciē da noticiā reuocatio h'modi deducta sit nisi forte p̱ ip̄os aut alios malitiose factũ fuerit q̄ mi' ad eos ul' eoꝝ alte rũ an̄ cessionē potuerit reuocatio per uenisse. B. Qui ṽo ipetrauerit licen tiā cedēdi cogendus ē. A. s.cedē.ut ī.c. qđ seq̄ꝛ. B. ex̄.e.quidam.

Renunciatio quar

to. Que p̄nt renũciari. Utrũ hñs vocē ī electione possit renũciare. R° s̄.elec tio.p̄.§.9°. A. Et idē qđ ibi notaꝛ ī sũ. li° 3° ti.26.q.26. ſ̄m Hosti. B

¶ Utrũ debitor possit renunciare ꝓ bationi solutōis p̱ testes ⁊ huiusmodi A. Istud h'mōi nō pōit Hosti.ut pꝫ ī sũ.eo.ti.q.27. vbi hec notanꝛ. B. R° Licet quidā dicāt q̄ valet renũciatio. tñ ſ̄m Hosti. nō videꝛ veꝝ.qꝛ ius ꝓbā di p̱ testes ꝓpt̄ cōeꝫ vtilitatē iductuꝫ ē. Unde vsus testiũ frequēs ⁊ necessa rius ē.ff.de testi.l.i.rñso.p̄. Ergo tali iu ri r̄nũciari ñ pōt.ar.ff.đ postu. q̊s p̄tor

¶ Utrũ renũciatio iuris possit fieri ī futurũ. R° ſ̄m Hosti. Si lex iā ē. A. s. ex qua ius alicui oriꝛ cui renũciaꝛ. B pōt ꝓ futuro renunciari. Al' nō. qꝛ qđ non ē renunciari nō pōt.ff.de pac.tres fratres.ff.de ꝯhen.emp.⁊ vē.l.in lege. A. Idē ī sũ.eo.ti.q.28. B

¶ Quid si quis renunciat oī iuri sibi ꝯpetēti ⁊ cōpetituro siľr ⁊ lr̄is ipetrat ⁊ ipetrandis. R° ſ̄m Host. Quo ad fu turũ si gnālis sit renũciatio non valet ut in p̄cedenti.§.dictũ ē.ex̄ de ꝯsti. cuꝫ accessissent. Si ṽo spālis in q̄busdā iu ribus ⁊ sequaꝛ gnālis renũciatio valꝫ A. i.si q̄busdā specificatis subseq̄ꝛ re nunciationis clausula gnālis: ut in.sũ. eo.ti.q.29. ubi hec notāꝛ. B. C.qñ mu lier tu.offi.fun.pōt.l.fi.circa mediũ.⁊ ī Auten.ut li.ma.⁊ auie.ibi posita. In sũma nota. ſ̄m Hostien. q̄ renunciari p̄nt oīa iura cōpetentia circa ſuitutes etiam si annalia sint.ex̄ de sepul.ī pre sentia.⁊ de deci.ex multiplici. A. Ho sti.dicit q̄ p̄nt r̄nũciari iura ēt ñ scrip ta puta circa seruitutes cōpetētia. Et si etiam ānalia sint ī futurũ renũciari p̄nt.ut in dcō.c.in p̄ntia.⁊.c.ex multipli ci.ut in sum.eo.ti.q.30. vbi hec nō. B Item iura cōpetentia circa bñficia si cut ⁊ ipsa bñficia renũciari p̄nt.ut dic tũ ē s̄.renunciatio 2°.§.p̄.⁊ renunciatō 4°.§.p̄. Itē oīa iura ꝯpetētia p̱ aliq̄ ī strumenta sicut etiam ipsa instrumē ta renuncianꝛ. C. de fide instru.l.3.ex̄ đ pac.cum pridem.

Represalie.

Dicũtur re presalie qñ aliquis oriundus de vna terra spoliatur uel damnificatur ab oriũdo de alia terra.uel etiam si debitum nō soluitur ei tũc datur ptās isti spoliato

ꝙ satisfaciat sibi ꝯ quelibet de terra illa vñ ē ille spoliator uel debitor.

¶ Queritur ergo vtrū sint licite. R°. Et si inique sint ⁊ legibus ꝓhibite tanꝗ näli equitati ꝯrie: qr ali⁹ ꝑ alio ḡuat. nihilominus spālit̃ prohibet̃ ne conce dantur uel extendant̃. A. s. per inter pretationē cū fuerit gnālit̃ cōcesse nō expressis personis ecclasticis. ut i. c. ⁊ si de quo. ī. B. ꝯtra personas eccl'ia sticas uel bona ipsarū ꝑtextu cuiuscū ꝙ ꝯsuetudis. Et qui cōtrafecerint nisi reuocauerint ifra ānū. A. s. a tpe ꝯces sionis uel extēsiōis ut ibi. B. si ꝑsone sint singulares sūt excōicate. si vniuer sitas est interdicta. ex̃ de iniur. ⁊ dāno dato. ⁊ si pignorationes. li°. 6°.

¶ Sed pōe ꝙ aliquis expoliat⁹ portat litteras ciuitatis seu ad ciuitatē vbi manet expolians ⁊ petit iusticiā nec fit ei. nūqd i hoc casu pōt cōcedi repsa lia. Uidet̃ ꝙ sic. qr hoc mō nō ḡuatur ali⁹ ꝑ alio: sed poti⁹ ponit̃ rector u'l ci uitas i suis ciuib⁹ ꝑpt̃ negligētiā. Uñ 23. q. 2. c. dñs de⁹. dicit̃ ꝙ gēs uel ciuitas plectēda ē: q̄ vidicar̃ neglexit qd a su is ciuib⁹ iprobe factū ē. uel reddē qd ꝑ iiuriā ablatū ē. Satis videt̃ cōcordar̃ Tho. scda scde. q. 40. ⁊ Jo. an. sup dcō c. ⁊ si pignorationes. ita tñ ꝙ etiam in hoc casu ad clericos nō extendat̃. ⁊ ꝙ sibi de reb⁹ nō auctoritate ꝓpria: sed iudicis satisfaciāt. ut idē Joā. dicit. A Jo. an i dcō. c. ⁊ si pignoratiōes i nouel la dic̃ ꝺm Archid. ⁊ ēt Guil. ꝙ itelligit̃ de auctoritate iudicꝪ spoliati ꝓcedēte ꝑ sñia sup negligētia ⁊ ꝺfectu iusticie ꝺm alios āt de auctoritate iudicꝪ spoli antis seu iusticiā facē negligentis. Et subdit ꝫ Guido. ꝙ ꝑmū dictū pōt itel ligi vez qñ ñ pōt hri recursus ad iudi cē spoliantis seu iusticiā facē negligē tis. quod dicit raro posse cōtingē. B.

Residentia. s. clericorū i suis eccle siis. Ubi nota ꝙ qui habꝫ bñ ficiū cū cura tenet̃ ad residētiā ex̃ ꝺ elec. licet canō. li°. 6°. Sil'r ⁊ q hꝫ q̄cūꝗ alia bñficia quibus hoc ꝯpetat ex sta tuto uel priuilegio seu ꝯsuetudine ap probata. ut Jnno. ponit ex̃ de cle. ñ re si. clericos. Et addit. Jntellige oē bñfici um residentiā regrere nisi ꝯriū ꝯstet. Et eādē quasi sñiam ponit Hosti. dif fusius. dicēs ꝙ quilibet cleric⁹ tenetur residē. ex̃. eo. c. fi. siue magnū sit bñfici um: ut ep̄at⁹. 7. q. 1. ꝑuenit. ⁊ dꝫ crisma ꝯficē. ordines celebrare ⁊ quolꝫ die do mico diuis officiis interesse. de ꝯse. dis. 3. eps nisi iusta cā ipediat ut ibi dr̃. Sil'r ēt si modicū sit bñficiū. ut ex̃. eo. ꝯqrē te. Et dꝫ bñficiat⁹ interesse matutinis ⁊ vesperis. al'r si icorrigibilis sit depōit̃ 92. dis. c. fi. Et vide ꝭ clericus. ꝑ. ꝟ. fi. A Jdē qd hic notat̃ i sum. li°. ꝑ. ti. 7. q. 27. vbi ⁊ additur ꝺm Hosti. ꝙ is cui tāꝗ bene merito assignant̃ pensiones aliq seu stipendia ad residentiā nō tenetur Talis tñ ad ātidota obligat̃. ⁊ si offen dit ecclesiā a qua tenet beneficiū. tāꝗ ingratus priuatur. B

¶ Utrū qs ex cōsuetudine possit reci pere fruct⁹ bñficii in absentia. R° ꝺm Hosti. pōt ut ex̃ de cōsti. cum oēs. A Et ibi hoc notat glo. q̄ ēt dicit ꝙ sec⁹ ē de iure cōi. Sꝫ ⁊ puto hoc intelligēdū inq̄tū per hāc cōsuetudinē nō deroge tur diuo cultui. uel al'r nō sit irrōnabil' Al'r secus. ex̃ de cōsue. c. fi. B. Sꝫ talis ꝯsuetudo ꝯrio statuto tolli pōt. ut si ec clesia sit ministris destituta ita tñ ꝙ ꝑ benda absentis assignet̃ subrogato. ex̃ eo. cū dilect⁹. Sꝫ si tale statutū facerēt canonici ꝑpt̃ ꝓpria cōmoda. puta ut inter se diuidāt illud quod absens con sueuit accipere non valet. ex̃ de ꝯsue. cū oēs. A. Jdem in dicta. q. 26. B.

¶ Quō cleric⁹ i bñficio debeat reside re. R° ꝺm Hosti. Residere debet in ꝑ pria persona seruiēdo eccl'ie. ex̃. eo. qr nōnulli ⁊. c. se. Et debet seruire i suo or dine. ex̃ de fi. ꝑsby. ꝓposuit. Parū eni esset sui pñtiā exhibere ⁊ curā proprie ecclesie negligere. A. Jdē in sū. eo. ti. q. 27. vbi ⁊ additur ꝺm eundē. Et hoc ē ꝯ prauam cōsuetudinem quarundam

ecclesiarũ q̃ reputat canõicos residen
tes ex q̊ p̃ntes sũt.lʒ ñ itrẽt ecclesiã. B
¶ Utrũ nõ residens possit excusari ex
aliquibus causis. R°. Excusat̃ p̊ qdeʒ
si iusta sit cã sue absentie.ut ꝓpt̃ inimi
citias uel aliqd h'mõi.ex̃.eo.int̃ q̃tuoꝛ
Et tũc tenet̃ p vicariũ deseruire.ut s̃.
clericus.p̊.§.fi.Et idẽ intellige si p̃ns sit
sed sine sua culpa ipotens sit fact' aut
infirm'.extra.e.cũ dilect'.7.q.i.p̃ntiuʒ
2° si de licentia p̃lati cã rõnabili sit ab
sens.extra.e.relatũ.extra de elec.lʒ ca
non.li.° 6° Al'ẽt sine licentia p̃lati pere
grinari nõ põt de ɔse.dis.5.non opoꝛtet
ex̃ de voto.magne.§.veꝝ.3° si hẽat ec
clesiã pochialẽ põt ex dispẽsatione ep̃i
ẽẽ i studio p septẽ ãnos.ut s̃.ecclesia.2°
§.2° 4° si haberet sup hoc spãle p̃uile
giũ.hr̃ẽt absens ꝓ residente.ut hẽs in
§.se. A .An illud quod hẽtur B z in.§.
se.facit qᵭ notat̃ i sũ.dcã.q.27. B
¶ Sũt z alie cause i quibus ñ residẽs
habetur ꝓ residente.p̊ma ẽ si sit i s̃ui
tio pape.extra.e.cũ dilect'.Secũda ẽ
si vnus vel duo ex canonicꝭ sint i serui
tio ꝓpꝛii ep̃i.extra.eo.de cetero.z.c.ad
audientiã.Sʒ ep̃s suffragane' si moꝛe
tur cũ archiep̃o non videt̃ r̃sidẽ.ar. ex
tra de offi.ordi.pastoꝛalis.Et nota ꝙ q
ẽ i seruitio pape uel ep̃i sui recipit q̄dẽ
fructus bñficii p̃ter victualia siue q̊ti
dianas distributiones q̃ nõ solẽt absẽ
tibus dari.ut i dcõ.c.de cetero.et extra
de p̃bẽ.licet.z extra ᵭ cle.nõ resi.c.p̊.li.°
6°.Et de h° vide.s̃.bñficiuʒ.2° § p̃t. A
Potius videt̃.§.fi. B .Tertia est si se
nõ absentat in fraudẽ sʒ eccl'ie sue iura
fidelit̃ ꝓsequit̃.extra.e.ex p̱te.In qb'
casibus possit qs p vicariũ deseruire.
vide s̃ cleric'.p̊.§.fi.z.i.vicari'.§.p̊.

Res inter alios ac
ta zc. vide.i.snia.§.9°.z x°

Restitutio rei alie
ne p̊ cõiter. Utruʒ quis tenea
tur stati restituẽ. R° s̄m Tho.scᵭa se
cunde.q.62.Sicut accipe rẽ alienaʒ ẽ ɔ
iusticiã.ita z ᵭtinẽ eã.q2 p hoc ꝙ aliqs
detinet rẽ alienã iuito dño ipedit eum
ab vsu rei sue z facit ei iiuriã.¶ Manife
stũ ẽ ãt ꝙ nec p modicũ tẽpus licet in
pctõ moꝛari sʒ qlibet tenet̃ stati pct̃m
deserẽ.s̄m illud Eccꝭ.21. Quasi a facie
colubꝛi fuge pct̃m.Et iõ tenet̃ qlibʒ sta
tim restituẽ uel petẽ dilationẽ ab eo q
põt vsũ rei ɔcedet̃.Con.Ray. A . Ista
petitio dilationis uel remissionis faci
enda ẽ p se vel per aliũ qñ debitoꝛ est
ipotẽs ad soluendũ s̄m eundẽ Tho.se
cũda scᵭe.q.62.arti.8°.Et h° nisi ex ip̃a
petitõe sequeret̃ reuelatõ peccati seu
aliud scãdalũ.ar.c.officii.extra de pe.
z re.Et ad p̃dictoꝝ clarioꝛẽ itelligẽtiã
distinguẽdũ ẽ.q2 aut debitoꝛ ẽ potens
restituẽ aut nõ.p̊ casu tenet̃ stati resti
tuere ut dictũ ẽ.2° casu aut est ipotens
oio.aut nõ oio.Si oio.excusat̃:q2 ipossi
biliũ nulla est obligatio.ff.de re.iurꝭ.l.i
possibiliũ.z iõ sufficit hoc casu ꝙ ꝓpo
nat restituẽ cum poterit.14.q.6.si res
Si non oio tunc tenet̃ statim restituẽ
id qᵭ põt.Et s̄m Ray.in ti.de rapto.§.
foꝛma.ista potentia videt̃ cõsiderãda
vsqʒ ad mendicitatẽ suã z sue familie
reseruata sibi solũ extrema nccitate.
Et idẽ no.i sũ.li.° 2° ti.5.q.86. Sed certe
non solũ extrema:sʒ etiaʒ magna ncci
tas videtur excusare a restitutione.
extra de fur.c.si qs ꝓpt̃.vbi dr̃ ꝙ si qs
ꝓpt̃ nccitatẽ famis furat' fuerit.aut
r̃stituat aut tres hebdõadas p̃eiteat
Et sic nõ cogit̃ p̃cise restituẽ.Et illᵭ.c.
itelligit̃ i nccitate etiã nõ extrema s̄m
glo.z Inno.ibi.Unde ad clarius hoc in
telligendũ iterũ subdistinguẽdũ ẽ. ꝙ
aut debitoꝛ ẽ i articulo extreme neces
sitatis.aut nõ.p̊.casu nõ tenet̃ ad resti
tutionẽ.q2 i extrema nccitate oia sunt
cõia.l.i.§.cum in eadeʒ.ff.ad.l.rodi. de
iac.Uñ z sup 4° sniarũ.dis.15. dic̃ Sco
tus ꝙ si detinens rẽ alienã ẽ in extrẽa
nccitate.z ille cuius est res nõ:sed hẽt
aliqua citra nccitatẽ extremã dicimus
ꝙ ista res ẽ detinentꝭ iure poli quo in
extreme nccitatis articulo ad ꝓuiden

dū nccitati nature via oībus extrema
necessitate detentis ē ɔcessa. extra de
ver. sig]. exiit qui seminat. li° 6°. Si am
bo sunt in extrema nccitate si p̄us dn̄s
deuenit ad eā dʒ reddi dn̄o duplici iur̄
tū qꝛ prius suuʒ. tū qꝛ iam ex ista sua
necessitate factum est suū. Si ꝟo p̄us
deuenit detinens factū ē suū. ꝛ tūc do
mino postea deuenienti ad istaʒ neces
sitatē nō debet reddi. qꝛ cessauit domi
nium eius ī re ista ꝛ factū ē alteri⁹ iur̄
poli. Si ambo simul deueniāt dicim⁹
ꝙ debʒ reddi dn̄o. qꝛ nūq̄ꝫ cecidit a do
minio. Pro hoc facit qꝛ duob⁹ ɔcurrē
tibus preualet qd̄ ē potius. ff. d̄ sta. ho.
.l. querit̄. Et subiūgit Scot⁹. Si deten
tor d̄ueīat ad pinguiorē fortunā tene
tur restituere qn̄ occupauit cessāte ex
trema nccitate. Sed si nūq̄ꝫ ante extre
mā necessitatē occupassʒ. tūc iuste sim
pliciter occupasset. s. reʒ suā nec ad ali
quā tenet̄ restitutionē. hec ille. Tuti⁹
videtur ꝙ si deueniat ad potentiaʒ re
stituat sicut ꝛ qui cessit bonis. C. de his
qui. po. ce. bo. l. .1. Nō tamē tenetur nisi
inquantuʒ facere pōt. l. 3. ff. de cessi. bo.
Et in hoc vltimo casu intelligitur facē
posse deducto ne egeat. ff. de re. iur]. .in
condēnatione. 2° casu qn̄ debitor non
ē in articulo nccitatis extreme. aut re
stitutio est incerta aut certa. Si īcerta
ut qꝛ n̄ īuenit̄ creditor uel eius heres
restitutio faciēda ē pauperibus. extra
de vsur]. cū tu. Et tūc debitor īpotens
poterit se liber̄ ponere ī manu ep̄i ad
quē pertinet ꝓuisio pauperū. ꝛ ep̄s si
viderit ꝫm deū expedire poterit ei re
laxare debitū ut pauperi ī totū uel in
partē uel p̄beī ei dilationē ut paulati
eroget paup̄ib⁹. ut ꝛ pōit̄ ī dicta. q. 86.
in sum. li°. 2°. ti. 5. ad fi. Sed in eo ꝙ loq
tur ibi de penitentiario ut possit h° fa
cere. pōt ītelligi si ip̄e penitentiarius
habeat super hoc auctoritatē ab ep̄o.
alias per se nō pōt: qꝛ iure nō cauetur.
Ideo dn̄s An. de bu. in dicto. c. cū tu. in
.i. q. dicit penitentiariū hoc n̄ posse. Sʒ
ꝛ quādo apud debitoreʒ aliqd relaxat̄

ab ep̄o uel ab alio habente ab ipso au
ctoritatē dʒ orare uel alia bona facere
ꝓ his quorū ille res sūt uel quibus de
bentur. ꝛ inq̄ꝫtum veniat ad facultatē
pro illis facere elemosynas. ut si n̄ po
test facere qd̄ debet saltē faciat qd̄ po
test. sicut dic̄ Tho. scd̄a scd̄e. q. 62. arti.
2°. i eo q̄ nō pōt mēbrum abscisū ul̄ sb̄
latam famā restituē. qꝛ debet in pecu
nia uel alio mō quo pōt recōpensare.
Si restitutio ē certa: idest qꝛ scit̄ siue
pōt sciri particular] persona cui dʒ fie
ri: tūc si debitor ē in tanta necessitate
ꝛ creditor in tanta facultate ꝙ debito
ri teneret̄ ꝑ elemosynam subuenire: d̄
bitor nō tenet̄ ad restitutionē. Nā h°
casu ipse creditor teneret̄ retro reddē.
Un̄. 48. dis. sic̄ hi. super ꝟbo inuadē di
cit glo. ꝙ pn̄t paupes cogē diuites ad
eis p̄stādū nō per viaʒ actiōis sʒ denū
ciationis ad eccl̄iam, q̄ pōt diuites co
gere ad hoc agendū. Itē gn̄alit̄ d̄bitor
nō tenetur ad restitutōnē eo casu quo
creditor rōabilit̄ deberet nolle sibi fie
ri restitutōnē ut dicit Scot⁹ sup 4° sē
tētiaꝝ. dis. 15. vbi subiungēs exēpla dic
dʒ. n. uelle qlibet restitutionē sibi non
fieri qn̄ ē in preiudiciū cōitatis uel re
cipientis restitutioneʒ: qꝛ debet uelle
bonū suū ꝛ bonū cōe. Debet etiā velle
non fieri restitutionē qn̄ eēt ī diffama
tionē restituētis: qꝛ debet magis vel
le famā ꝓximi q̄ꝫ illud modicum suū
statim. Consilit̄ debet magis velle ꝙ
vitet̄ magnū īcōmodū ꝓximi restitu
entis q̄ꝫ modicū īcōmodū suuʒ uel nul
lū ī illa modica dilatione restituēt]. Ex
his sequit̄ ꝙ qn̄ eēt restitutio dānosa
rei publice uel ei cui fit vel diffamati
ua restituēt] uel nimis notabilit̄ dāno
sa] n̄, tenetur ad stati restituenduʒ: sed
sufficit ꝙ stati ex affectu restituat. et
ꝙ actu restituat cessantibus īcōueniē
tiis hic ide. Et ex predictis etiā subin
fert. Qn̄ ablatio fuit occulta tūc n̄ te
netur ablator se ꝓdere. nec ꝑ dn̄s ꝑ se
ipsum restituere sʒ per aliā personā se
cretā ꝛ fidelē. ꝛ expedit ꝙ ꝑ ɔfessoreʒ.

q2 sibi ē crimē detectū p̱ confessionez
et de eius fidelitate ꝙ restituat fidei
sue commissuz satis debz credi. Patz
igitur hic differri restitutōnē quousq̈
voluntas talis persone ꝛ opportūitas
habeatur. hec ille. B

Cui restituenda ē res furtiua uł ra
pta seu alr̄ male accepta. R° ẜm Ray.
Ei cui res subtracta fuit etiam si non
sit dn̄s rei: ſʒ sua intersit ex causa hone
sta rem non esse subreptā. ut puta qa
habebat in ea ius pignoris uel vsum
aut aliquod huiusmodi. ff. de furt]. l. is
cuius. Si vo ipse cui nūc res ablata ē
furatus fuerat eā: nō sibi sed domino
erit restituēda. uel ille cui prior fur uł
raptor subripuerat si sua ut dictum ē
intererat ex causa honesta. Et fiat cau
te q̄ṫū pōt per religiosum ꝛ huiusmōi
ita ꝙ nulli persōa furis prodat. Itaq̈
regularit̄ restitutio spoliatis facienda
ē. 3. q. i. reintegranda. ꝛ fere p̱ totā qōnē
ꝛ ex̄ de resti. spo. fere per totum. Fallit
tamē quādo non tm̄ iste male accepit
sed alius ei turpit̄ dedit. de quo faciē
dū ē. ut dictū ē s̄. elemosyna p̊. §. fi. A
Et ibi latius in additione. B. Et hic
.ī. §. antepenult. A. Et ibi de hoc dice
tur. Et ad maiorē huius §. declaratōez
potest generaliter dici ꝙ restitutio fa
cienda ē pricipalibus uel eorū heredi
bus si iueniūtur. alr̄ paupib᷒. ex̄ ꝺ vsu
ris cū tu. Sed in hoc clarius distiguen
do dicendū ē ꝙ aut quis obligat̄ rōne
turpis receptōis in q̄ participauit etiā
dans. aut alr̄. p̊ casu non tenet̄ restituer̄
danti. q2 in pari cā turpitudinis potior
est cōditio possidentis. ff. de ↄdi. ob tur
pē cām. l. si ob turpem. §. porro. et. C. e.
.l. 2. Et ideo hoc casu cū restitutio nō fi
at persone principali saltē debet fieri
pauperibus tāq̈ si nō iueniret̄ p̄ncipa
lis uel eius heres. p̱ dictum. c. cum tu.
Fallit in accepto per simoniā. q2 debʒ
restitui illi ecclesie i cui᷒ iiuria accep
tum ē. ex̄ de simo. c. de hoc. Item etiaʒ
non erogatur paupib᷒ quādo turpiter
acceptū ipso iure applicaret̄ fisco uel
priuato. q2 de alieno non potest fieri
elemosyna. i. q. i. non ē putanda. Et hoc
etiam notatur in sum. li° 2° ti. 8. q. 42. Et
excepto hoc casu cum res applicaret̄
ipso iure fisco uel priuato: licet turpit̄
accipiens nō cogat̄ restituere turpiter
dāti. tn̄ si vellet posset restituē eidē dā
ti. Nā iure nullo ꝓhibet̄ hoc. Et pene
sūt restringende. de pe. dis. i. c. pene. ꝛ i
.c. odia. de re. iur]. li° 6°. Et notatur i sū.
li° 2° ti. 8. q. 25. ad finem. Est etiam cāus
in quo licet dās nō fuerit in turpitudi
ne particeps. non tamen ei sed paupe
ribus fit restitutio. q2 dans ex obliga
tione dedit licet accipiens turpit̄ rece
pit. videlʒ qn̄ iudeus uel pagan᷒ fuerit
aliquid lucratus a xp̄anis occasiōe of
ficii publici. Illud enim debet cōuerti
in vsus pauperū xp̄ianorum secundū
prouidentiā diocesani ep̄i. ex̄ ꝺ iudeis
cum sit. 2° casu quando obligatio ē ali
unde q̄ ex dicta turpi causa distiguen
dum ē. Aut nō iueniuntur creditores
seu eorū heredes. ꝛ de hoc dicet̄ .ī. resti
tutio 6ª. Aut iueniūtur. ꝛ tūc aut obli
gatio est personalis. ꝛ de hoc dicet̄. ī. re
stitutio 2°. Aut obligatio est realis. vt
q2 habet quis rem alienā. ꝛ tūc si hēt
a nullo uel saltē a dn̄o clarū est. q2 sēp̱
dn̄o ē restituēda. ff. de rei ven. p̱ totum
ꝛ. C. eo. q2 cuiq̈ dandū ē qꝺ suum ē. ff.
ꝺ iusti. ꝛ iure. l. iusticia. §. iur] precepta
Sed si habuerit ab aliquo alio titulo
trāslatiuo puta per donationē uel ven
ditionē uel silr̄em. silr̄ restitutio fit dn̄o
rei gratis. C. de furt]. l. in ciuilez. Si vo
habuit titulo nō trāslatiuo puta in cō
modatū uel locatū uel etiā sine titulo
forte q2 sustulit. illi videt̄ restituenda
a quo habuit. C. locati. l. si qs ↄductōis
Ubi dicitur ꝙ cōductor debet oio loca
tori rem reddere. licet dicat se dn̄m. ꝛ
postea agere ꝺ domio. Sed hoc dʒ in
telligi qn̄ nō ↄstat de dominio nec po
terat incōtinenti ꝓbari. Alr̄ bn̄ audire
tur mouēs qōnē de dominio. ff. deposi
ti. l. bona fides. vbi dr̄ ꝙ qn̄ fur deposu
it rē apud dn̄m dicte rei dn̄s nō cogit̄

reddē.Cogit̄ ergo i hoc casu hn̄s rez il
lā restituē a quo habuit nisi stati pos
sit de suo dominio ꝓbare.adeo ꝙ si ēt
a fure uel p̄done qs habuit tn̄ dēt ei
restituere quādo habuit cāz ab eo.ut
pꝫ i dicta.l.bona fides. Sed si nō hūit
cām ab eo.puta qꝛ ei ꝑ furtū uel rapi
nā abstulit tūc quādo ꝑ furtū puto ꝙ
nō debeat furi p̄ori restitui:qꝛ nullus
male fidei possessor hᵒ casu hꝫ ius r̄pe
tendi.Nā ei dat̄ actio furti cuiꝰ int̄est
ex honesta cā.ff.de furt].l.cuiꝰ interest
⁊.l.is cuiꝰ interest.Itē nemo debet ex
improbitate suą ꝯsequi actionē.ff.de
furt].l.itaqꝫ.§.p̄.Est tam̄ casus in q̊ fur
actionē furti hēt.ff.de fur.l.q vas.§.si
ego.vbi dr̄.Si ego poliēda vestimēta
tibi locauero ⁊ tu ticio ꝯmodaueris ti
cioqꝫ furtū factuꝫ sit:tibi datur actio
furti.qꝛ tua interest cū mihi tenearis
reddē.⁊ mihi aduersus te dat̄ actō qꝛ
furtū fecer] ticio ꝯmodādo.Hoc itaqꝫ
casu fur ad uersus furē actionē habet
hec ibi.Et hoc ideo ē qꝛ a pricipio ha
buit rē de volūtate domini eā sibi lo
cādo:ꝓpt̄ qᵭ itererat eiꝰ ēt ex hōesta
cā.Alias secꝰ ut pꝫ ex p̄dict].Quando
āt ꝑ rapinā qs rē abstulit a fure uel p̄
done:tūc vr̄ ei restituēda: qꝛ ēt predo
ē restituēdus.ex̄ de resti.spo.c.in litte
ris.Immo nec domio lꝫ rape rē su am
nisi in casu de q̊ s̄.bellū.p̄.§.p̄.⁊ 2ᵒ Al's
perdit ius suū.Et nō dominus tenet̄ ad
extimatōeꝫ rapte rei r̄gularit̄.C.vnde
vi.l.si quis in tantā.Qui ergo furatꝰ ē
furi uel p̄dōi nō tenet̄ furi sed domio
uel alii habēti ius i re restituer̄.Secꝰ
ē in raptore.Sꝫ in quocūqꝫ casu dcm̄ ē
debere furi uel p̄doni fieri restitutōeꝫ
si concurrat dominus in repetitōe dēt
domio potiꝰ restitui.dicta.l.bōa fides
Immo ēt si dominꝰ nō r̄petēt qꝛ igno
raret qs hr̄et.dꝫ q hꝫ domio denūciar̄
ut ipsā recipiat.ex̄ de furt]. q cum fur̄
dūmō fiat sine ꝑiculo fur].22.q.5.hoc
videtur.vbi dicit̄ ꝙ peccata proximi
eis reuelanda sūt qui possūt ꝓdesse ⁊
nō obesse.Et qᵭ dictū ē de domino cō
current e ad repetitionē cū fure ideꝫ ē
de omni alio p̄tēdente aliqᵭ ius hone
stum:qꝛ sꝑ illi facienda ē restitutio q
fouet maius ius.dcā.l.bona fides.⁊ ē
ar.in.l.querit̄.ff.de statu.ho.Et iō q vi
cerit filio ul' seruo pecuniā tenet̄ resti
tuere pr̄i uel domino cꝰ ē.ff.de alea.l.
fi.Immo filii etiaꝫ tenent̄ restituē pa
tri res q̄ spectant ad eos iure ꝓprieta
tis sꝫ vsufructꝰ ad ꝑentes qᵭ ē regula
re.Fallit i castrēsi uel q̄i castrēsi pecu
lio.Itē i beneficialibꝰ.ut i.c.si ānū.i4.
ex̄ de iudi.liᵒ 6ᵒ qꝛ eas nō possūt admi
nistrare vel obligare.⁊ minus alienar̄
.C.de bonis que liberis.l.fi.§.filii autē
familias.Et assignatur ratio ibi.Ne
liꝰ ē.n.coartare iuuēiles calores ne cu
piditati dediti tristē exitū sentiant q
eos post dispersū expectat pr̄imoniū.
Propter qᵭ in oībus his casibus vr̄
patri restitutionē fieri debere.Et ideꝫ
vr̄ eadē rōne i oībꝰ similibꝰ.ut siquis
accepit reꝫ a pupillo restituat tutori.
Sꝫ cui restituent̄ res ecclesie? Dicēdū
ꝙ p̄lato si nō ē i culpa.Si vero ē i cul
pa ut quia res ecclesie ipse dissipauit.
uel ex carnali affectu ⁊ nō iusta cā do
nauit:qᵭ facē nō pōt.cū ep̄s ⁊ qlꝫ p̄la
tus rerū ecclesie sit ꝓcurator ⁊ nō dn̄s
⁊ ꝯditionē ecclesie meliorare pōt.dete
riorē ꝯo facē non dꝫ.ex̄ de dona.c.frat̄
nitatē.tūc ꝓpter ꝑticipiuꝫ culpe n̄ vr̄
ꝙ debeat se itromittere.ex̄ de cle.ꝯiu.
diuersis.Et iō fiet restitutio successori
eius dicto.c.fraternitatē.Uel si adhuc
nō ē successor expendat̄ i vtilitateꝫ ec
clesie.ex̄ de simo.ō hoc.Hoc ēt notat̄
in sū.liᵒ.2ᵒ ti.5.q.i8.vbi ⁊ de talibus dr̄
Sed cui fiet restitutio? Et subdit̄ dicit
Ray.Credo ꝙ auctoritate iudic] peni
tentialis debeat fieri ecclesie cui sic
iiuriose ablatū ē.ita ꝙ illi eidē qui de
dit nisi cū turpiter dedit.tūc.n.nō sibi
sed successori suo poterit fieri uel su
ꝑiori ut dic̄ Hosti.uel i vtilitatē eccle
sie ꝯuertet̄ ul' ēt eiusdē loci pauꝑibꝰ si
hoc expedir̄ videbit̄ eroget̄.ar.17.q.4.
si quis i atrio.Hoc vltimuꝫ.ſ.ꝙ detur

paupibus dic̄ glo. Ray. ꝙ meli᷒ ē cū in
digēt paupes uel satis abundet eccl'ia
Alioquī meli᷒ ē ꝙ i vtilitatem eccl'ie
paupis ꝯuertat̄. Idē Ul. Sat] cō. Tho.
scd̄a scd̄e. q. 62. arti. 5. ⁊ arti. vltimo. Qd̄
autē hic dicit Ray. de auctoritate iudi
cis pn̄ialis glo. dicit. Si tn̄ sup talib᷒ di
spensādis habeat ptātē. hec ibi. Et ad
p̄dicta attēdāt accipiētes a cleric] d̄ re
bus ecclesie cū nō idigeāt uel nō ꝯuer
tant̄ in vtilitatē ecclesie uel nō alia iu
sta rōe: sꝫ poti᷒ occasiōe ꝯsāguinitatis
uel amicitie: quia tenent̄ ad restitutō
nē. ut d̄r Tho. pōit dcō arti. 5°. Et multo
fortius si accipiāt ex cā turpi: ut ex mē
tricio ludo uel alia quacunqꝫ turpi cā.
ut ⁊ notat̄ i sū. li°. 2°. ti. 5. dicta. q. 18. Quā
doqꝫ tn̄ lꝫ dn̄s cōcurrat i repetitione n̄
prefertur siqs forte habuit rē ab eo q
etiā ꝯ dn̄m habēt actionē. puta q2 est
vsufructuarius. Nam magis eius int̄
est h̄re rē ꝙ̄ dn̄i. q2 dn̄s hꝫ ppietatē q̄
cōsistit i nudo iure dū ē p se separata ⁊
vsufructuari᷒ hꝫ ius vtendi ⁊ fruendi
. ff. de vsufruc. p totū. ⁊. C. ⁊ Insti. eo. ti.
Immo etiam si ipse dn̄s sustulisset te
neret̄ furti. ff. de furtis. l. cū res. §. si bo
na fide. Itē si esset q possꝫ rē retinē rō
ne ipēsaꝝ factaꝝ i ea. ff. de furt]. l. si is q
cōmodasset. Ibi d̄r ꝙ si dn̄s furatus ē
rē cōmodatario. i. ei cui cōmodauit. nō
tenetur furti nisi cōmodatari᷒ potuis
set rē retinē rōne impensarū in re fac
tarū. Idē ē si rē h̄ret obligatā propter
eandē rōnē. Itē qd̄ dictū ē de re aliēa
restituēda domio. idē p oia itelligēdū
ē de re affectata. puta q̄ per vim cōpul
siuam alteri data est. Naꝫ illi est resti
tuenda qui viꝫ passus est. ff. quod me.
causa. l. metum. §. cum autem. B

Utrū quis absoluat̄ a restitutione si
is cui debebat̄ remisit siue dōauit. R°
Absoluit̄ si ē psona q̄ donare posset. d̄
q̄ vide s̄. donatio. p̄. §. 2°. Que donatio
postꝙ̄ facta est postea ex penitentia
nō reuocatur: ut Ray ponit. De hac ēt
qōne vide. i̅. restitutio 3°. §. penult. A
Et intellige hoc si remissio fiat libera
voluntate creditoris. al'nō valeret. vt
. i̅. §. penult. ⁊ dictum ē supra. bellum. p̄
. §. x° in additione. B

Quid si psona cui debebat restitui
defuncta est? R° fm Ray. Restitutio
facienda est heredibus. Sed hic distin
gue. q2 si heres est aliquis in toto uel i
parte: tunc fiet ei restitutio sicut cōti
git in toto uel in parte. Si autē heres
institutus est in aliqua determinata
quantitate. puta in centum uel etiaꝫ i
domo. ⁊ nō plus tunc restitutio n̄ dꝫ fie
ri heredi. A. quia scriptus heres i cer
ta quantitate uel rebus particularib᷒
nō ē heres sꝫ poti᷒ legatari᷒. C. d̄ here.
insti. l. quotiens. B. sed illi uel illis q
bus testator reliquit dispositionē resi
duoꝝ bonoꝝ. A. i. veris heredib᷒ ul'
executoribus a testatore deputatis fꝫ
dispositionē testantis cuius voluntas
oio seruanda est. 13. q. 2. vltima. B

Utrum quis teneatur restituere reꝫ
cum fructibus. R° fm Ray. Quilibet
malefidei possessor tenetur restituere
rē cum oibus fructib᷒ pceptis ⁊ q̊s ipe
dn̄s pcepisset si possedissꝫ. ex̄ d̄ re. spo.
grauis. ff. d̄ condi. fur. in re. ff. de rei vē.
si nauis. §. generaliter. Et intellige fru
ctus qui supersunt deductis expensis
illis que fiunt gr̄a fructuuꝫ querendo
rū ꝯgregādorū ⁊ cōseruādorū q̄ dedu
cūtur tam a male fidei ꝙ̄ a bone fidei
possessore. ff. de peti. heredi. si a patre
§. vlt] Possessor auteꝫ bone fidei non
tenetur de fructibus quos percepit ꝙ̄
diu fuit bone fidei possessor si iam cō
sumpti sunt. sꝫ de extantibus tenetur
C. d̄ rei ven. l. certū. A. Hic latius ē di
stiguēdū. Aut qs obligat̄ ad restitutio
nē rei aliene. aut alteri debite. Si eniꝫ
rei aliene tunc si ē male fidei possessor
q stati dicit̄ male fidei cū sciuerit rem
ad aliū ptinere. ex̄ de p̄scrip. c. fi. tenet̄
oēs fruct᷒ restituere. C. d̄ rei vē. l. certū
Sꝫ h̄ iteꝝ distiguit̄. Nā si tal' possessor
nō habuit titulū. claꝝ ē ꝙ tenetur oēs
restituere n̄ solū pceptos sꝫ ēt q pcipi
potuerūt p dn̄m rei si rē habuisset. ff. d̄

re.iuris.l.gnālit. Si vo habuit titulū
puta donatiōis uel venditionis ul'ali
